

ria non retineant; & in omni casu, quo veritas sup- primetur, nisi testes reciperentur ante litem contesta- tam. Sed hoc solum in causa civili, non criminali e- st. *fin. pr. h. t. ibi: cum civiliter est agendum.* 4. *Ex parte causae*, dum favor illius exigit, sive non conte- stata, testes recipi, vel si probationes sunt liquidae, sen- tentiam definitivam proferri: quod maxime accidit in *matrimonio carnali*, ut partes separentur, si de nulli- tate, vel cohabitent, si de valore matrimonii clare constat. Item in *matrimonio spirituali*, seu causis elec- tionum, & aliarum provisionum, si de illarum nulli- tate agatur, & Praelatus citatus contumaciter se abse- ret, *cir. c. fin. §. porro h. t.* At si Praelatus Canonice institutus removens est ob crimen, contumax primo excommunicatur; & si intra annum non compareat, tunc demum ad sententiam privationis, & depositionis proceditur, *cap. 8. de dolo & conr. & Can. 3. 37. & c. 11. q. 3.*

3. Q. II. *Quid juris, si actor producat testes ante litem contestatam?* R. Praeter citationem partis adver- sae, & causam rationabilem, puta periculi mortis, vel absentiae testium, requiritur, ut actor intra annum conveniat reum, vel si conveniri nequit, et denuntiet receptionem testium; secus praesumitur fraus, & testimo- nia evadunt invalida: quae praesumptio est juris, & de jure, nisi actor indirecte probet contrarium, scilicet in sua potestate non fuisse convenire reum, vel ei denun- tiare receptionem testium, *cap. fin. princ. hoc tit. & Abb. ibid.* Denique, receptis testibus, regulariter non proceditur ad sententiam definitivam, sed afferuntur eorum testimonia, & deinde convento reo, cum aliis producitur post litem contestatam. An autem eo casu, si testes sint superflui, & praesentes, iterum de novo examinandi sint, dubitant DD. Negant Pax Jordan., sed communior astat, cum id exigit rectus ordo judiciorum.

TITULUS VII.

De juramento calumniae.

Agitur de hac materia in Sexto *h. t.* & in Decreto *22. q. 1. §. in Pandectis lib. 2. tit. 39.*

1. Nota 1. *Calumniari* in criminalibus esse, falsa crimina alteri intentare *l. 1. §. 5. ff. ad SC. Turpill. at calumniari* in civilibus est vexare alterum in judicio per fraudem, & frustrationem *l. 233. ff. de V. S.* & in hoc sensu posteriori hic accipitur *juramentum calumniae*, puta *vitandae*; ac definitur esse illud, quo liti- gantes eorum iudice afferunt, causam a se bona fide suscepisse, & bona fide in judicio persequendam. Unde actor jurat de bona fide in agendo, & reus de bona fide in resistendo, seu se defendendo, & uterque, quod nihil promiserit, dederit, vel daturus sit iudici, vel aliis personis patrocinii causa, excepto salario advoca- torum *l. 2. cum seqq. aurb. C. h. t.*

2. Nota 2. Juramentum calumniae, tamquam gene- rale super tota causa, differre. 1. A *juramento verita- tis*: nam hoc emittens jurat super *scientia*, & *veritate*, quod scilicet verum dicat, & ideo volenti praestare juramentum veritatis conceditur dilatio ad investigan- dam veritatem: e contra emittens juramentum calum- niae jurat super credulitate, quod credat se justam cau- sam habere. 2. A *juramento malitiae*, quia hoc fit su- per particulari articulo ante, vel post litem contesta- tam, & toties, quoties praesumptio est de malitiosa voluntate litigantis, v. g. in petenda dilazione, oppo- nenda exceptione &c. contra juramentum calumniae fit generaliter super tota causa, & tantum semel post litem contestatam.

3. Q. I. *An juramentum calumniae sit necessarium ad substantiam iudicii plenarii?* R. Affirmative, si exi- gat ab altera parte, secus processus est nullus, *c. 1. 2. h. t. in 6. cir. l. 2. §. 4. C. eod.* nam finis hujus juramenti est, ut lites calumniose evitentur, partes o- nere probandi, & molestia litigandi liberentur, & veri- tas manifestetur. Unde a iudice, ad instantiam par- tis praecipiente hoc juramentum, nequit appellari, cum iudex hoc modo non gaverit. *Dixi si exigatur*, nam si altera pars illud non exigit immediate post litem contestatam, vel deinde in quacumque parte iudicii, censetur tacite remissum, quod a jure permittitur *cir.*

c. 1. §. propter h. t. in 6. propter omissum quoque ta- cite in tota causa calumnia juramentum, judicialis processus, alias factus legitime, non est nullus, nec etiam annullandus: nam stante hac tacita remissione, adhuc finis obtinetur, cum pars altera sit in continuo metu, ne juramentum hactenus dissimulatum ab ea pe- tatur; adeoque non praesumitur calumniari. Sed arg. a sensu contr. juramentum hoc remitti non potest perpa- ctum expressum; tum quia pactum istud invitaret ad calumniam; tum quia juramentum calumniae inducendum est propter bonum publicum, seu sinceritatem iudicio- rum; bono autem, & juri publico pactis privatorum renuntiare non potest *l. 38. ff. de pact. & hic est unus casus ex specialibus, in quibus plus operatur tacitum, quam expressum. Nec obstat c. 39. de testib. nam ju- ramentum testium primario est in favorem partis, ad- eoque expresse remitti potest testi.*

4. Q. II. *An juramentum calumniae remitti possit indulgentia Principis, vel consuetudine contraria?* R. ad 1. Affirmative: nam juramentum hoc absolute de jure naturali non requiritur ad rectitudinem iudicii, sed est solemnitas juris positivi humani, in qua Prin- ceps dispensare potest. Nec obstat *Clem. 2. de V. S.* quae in iudicio summario vult jurati de calumnia: nam in ista *Clem. multa praescribuntur pro iudicio sum- mario*, quae tamen non sunt juris naturalis. R. ad 2. Negative *ex c. 5. h. t. & c. 3. de fidei. ubi reprobat- ur ista consuetudo, utpote irrationalis, cum foveat malitiam, & calumniam hominum. Dicunt tamen gra- ves DD. quod in certis circumstantiis, v. g. ubi ho- mines sunt valde probi, vel econtra valde proclives ad perjuriam, consuetudo non jurandi de calumnia, saltem si sit immemorialis, sustineri possit tamquam rationalis sit *c. fin. de consuet.**

5. Q. III. *Qui obligentur ad praestandum juramen- tum calumniae?* R. Regulariter omnes personae litigan- tes, nisi specialiter excipiantur *l. 2. C. h. t.* Unde ad jurandum de calumnia tenentur. 1. Actor, & reus; & quidem principaliter, cum censentur habere optimam notitiam rei, eisdem sint Clerici, religiosi, vel Epif- copi per se in causa ardua litigantes *c. 5. & fin. h. t.* Cui non obstat *c. 1. eod.* nam procedit de Episcopo per procuratorem litigante, quo casu deest per eum- dem jurare de calumnia. 2. Haeredes, & successores ac- toris, & rei: nam fieri possent, ut testator fuerit in bona fide, ipsi vero sint in mala. 3. Procuratores, qui jurant in animam suam, & cum speciali mandato in animam domini *c. 2. & fin. h. t. in 6.* nisi procurator daretur ex officio iudicis; tunc enim non super iusti- tia causae, sed tantum super his, quae spectant ad offi- cium procuratorum iuraret *arg. res. 24. in 6. quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur* &c. 4. Tutores, curatores, procuratores generales, syn- duci, & administratores Ecclesiarum, monasterii, civita- tis, plerumque jurant tantum in animam suam, non vero in animam Principalem; quia illi praesumuntur ha- bere optimam notitiam causae, non vero dominus prin- cipalis, ut pupillus, minor &c. Ob eandem rationem, si Ecclesia careat syndeco, debet Praelatus, & principa- lior pars capituli jurare in animas suas, non vero in animas omnium, cum multi vix ullam notitiam rei habeant; ita haec omnia colliguntur *ex cir. l. 2. cum aurb. C. h. t.* Advocati ex hodierna consuetudine non jurant, sed sufficit juramentum generale in susceptione officii praestitum.

6. Q. IV. *In quibus causis jurandum sit de calum- nia?* R. Regulariter in omnibus etiam spiritualibus, tam in prima, quam secunda instantia, coram iudice sive ordinario, sive delegato, sive arbitro *l. 1. 2. C. h. t. c. 1. eod. & c. 1. 2. eod. in 6.* nam in omnibus pe- riculum est calumniae. Nec obstat *c. 2. h. t.* dicens in causis spiritualibus nec dari, nec recipi juramentum: nam dispositio ista correctae est a Bonif. VIII. *c. 1. in fin. h. t. in 6.* Excipiuntur *causa notoria*, in quibus non observatur ordo juris, nec probatio est necessaria: *causae inquisitionum*; & communiter *causae criminales*, saltem majores criminaliter intentatae, in quibus accu- satori, non vero reo defendendum est juramentum calum- niae. VV. *scilicet. Zoes, Schmier &c.* tum quia mani- festum est periculum perjurii: tum quia juramentum calumniae fit super credulitate, seu bona fide; in cri- minalibus autem fieri deberet super scientia, & veritate de- licti.

delicti. Sufficit ergo in criminalibus, si post semple- nam probationem, & alia indicia deferatur reo iura- mentum veritatis. Unde *c. 1. h. t. ibi in causa qua- cumque, seu criminali, seu civili, & l. 1. in omni- bus causis C. h. t.* restringi debent ad causas crimina- les civiliter intentatas.

7. Die 6. Julii 1697. *discusso dubio in S. Congreg. Conc. an expediret a summo Pontifice abrogari con- suetudinem exigendi a reo in criminalibus juramen- tum, quomodo rescriptum fuerit, ut scriberent provin- ciales theologi, & canonista, ut ex lib. 29. decret. ejusdem S. Congreg. fol. 430., & lib. 30. fol. 33. nul- la tamen decisio facta fuit; ideoque in suo robore ead- em consuetudo firma remansit. Perum post Concilium Romanum a Bened. XIII. celebrat. an. 1725. ab ea recedendum omnino est; tit. enim 13. cap. 2. ejusdem Concil. praecipitur, ne imposterum sub poena nullitatis omnium aliorum exigatur juramentum a reis, cum judicialiter vel principaliter examinantur.*

7. Q. V. *Quae sit poena recusantis jurare de calum- nia?* R. 1. Actor causa cadit, seu actionem amit- tit; reus vero habetur pro confesso, non ante, sed post sententiam iudicis *cap. fin. in fin. h. t. & l. 2. §. 6. cum aurb. C. eod.* nisi quis motam suam purget, ju- rando ante sententiam illarum poena. Si autem quis in causa incidenti nolit jurare, hoc facti cadit, non vero causa principali. 2. In causa spirituali, ut benefi- cii, matrimonii, juripatronatus &c. actor remens jurare, plerumque causa cadit; reus vero non hoc ipso vincit, sed causam suo modo iustificare, & probare de- bet, ne deur vitiosus ingressus in beneficia contra *reg. 1. in 6. & ne periculum animae incurratur, praesertim in matrimonialibus*. 3. Procurator, vel administrator recusans jurare de calumnia, non nocet domino *l. un. §. 2. ff. si quis ius dic. & Can. si Episcopum 16. q. 6.* nam vel recusat jurare in animam principalis se- cundum mandatum speciale, & sic nihil agit, utpote contra mandatum delinquens; vel recusat jurare in ani- mam suam, postquam dominus personam iuravit in animam propriam, & sic repellendus est *arg. l. 14. 15. C. de iudic. imo poena aliqua pecuniaria placendus, ut observatur in Camera imp. Gail. & alii*. 4. Poena recusantis jurare de calumnia non est extendenda ad recusantem jurare de malitia *arg. res. 49. in 6.* adeo- que locus erit poenae arbitrarie; nisi de consuetudine tribunalis actor ab hoc articulo cadere, & reus pro confesso in eodem articulo haberi deberet, ut observa- tur in Camera.

8. Q. VI. *Quis sit effectus juramenti calumniae?* R. Praesumpta aequitas, quae litigantem in foro exte- rio liberat a calumnia. At juramentum calumniae non liberat ab expensis solvendis victori, ut teste Saliceto tenet totus mundus contra Accurs. & Bartolum; nam expensae non solvantur tantum ob calumniam, sed etiam ob temeritatem litigandi *tit. Inst. de poena temer. litig. potest autem quis esse temerarius litigator, etsi non sit calumniarius, cum aliud sit temeritas, aliud calumnia.*

TITULUS VIII.

De Dilationibus.

Agitur de hac materia in Extravag. com. *h. t.* in Decreto *3. q. 2. 3.* In Pandectis *lib. 2. tit. 12.* in Co- dice *lib. 3. tit. 11.*

1. Nota 1. hic non agi de dilazione generatim sum- pta, prout est determinatio temporis, intra quod aliquid fieri debet; nec de dilationibus, seu induciis ex- tra iudicialibus, sed de solis iudicialibus, quae sunt *ju- stam temporis intervalum, quod a jure, vel iudice pro arbitrali sedente ex justa causa actori, vel reo concedi- tur ad actum aliquem iudicalem melius expediendum*: ita in re com. *ex l. 1. C. h. t.* nam saepe necessarium est, ut iudex, utraque parte presente, causam, v. g. maturae deliberationis, indagandae veritatis, & hujus- modi cognoscat; & si iustam reperit, interlocutorie pronuntiet, concedendam esse dilacionem; secus autem negandam *l. 4. C. h. t.* Species dilacionum 24. nume- rat Reiff. ex Speculatoribus, sed omissis aliis.

2. Nota 2. dilacionem ex parte causae efficientis di- vidi in *legalem, conventionalem, & iudicalem* Specifi-

ca, seu *arbitrariam*, *Legalis* est, quae conceditur a lege, ut decedendum ad appellandum. *Conventionalis* est, quae conceditur ex mutua conventionione partium, ut si consentiant super prorogatione negotii, vel termini ad solvendum. *Judicialis*, quae attentis circumstantiis ex arbitrio iudicis conceditur; & ideo vocari solet *arbitraria*, in omni parte iudicii concedi solita. 1. Ex parte causae materialis dilaciones aliae deserviunt prin- cipio iudicii, ut *citatoria, deliberatoria, & recusatoria*; aliae medio, ut *probatoria, & allegatoria*; aliae fini, ut *definitoria, & executoria*, de quibus in se- quentibus.

3. Q. I. *Quae dilaciones concedi soleant ante litem contestatam?* R. 1. *Citatoria*, seu *expectatoria*, quae reo citato datur ad comparandum, & respondendum libello actoris. Post singulas citationes simplices dilatio est decem dierum, quibus ter elapsis, vel elapsa una peremptoria, iudex non tenetur expectare reum, nisi ex humanitate velit ei adhuc unum edictum mittere *l. 73. ff. de iudic. c. 24. de off. deleg.* Ex parte recentiori videtur citationi simpliciter concedi dilatio 30. dierum, *aurb. qui semel C. quomodo, & quando*; licet P. Reiff. d. authenticum asserat procedere in casu speciali, quo actor, reo conuocante absente, vult procedere ad probationes, ut pro eo sententia definiti- va feratur. R. 2. *Deliberatoria*, quae unica, adeoque peremptoria per 20. dies conceditur reo ad delibera- dum super libello oblati, an litigare velit, *aurb. offer- ratur C. de liti. confess.* Similiter actori super excep- tione a reo opposita concedi potest talis dilatio, cum super illa exceptione non potuerit comparere instructus. R. 3. *Recusatoria*, seu *declinatoria fori*, quae conceditur reo ad proponendas omnes exceptiones dilatorias, priusquam lites contestatio fiat: nam tunc recusari potest iudex, ut suspectus *l. 16. C. de iudic. impugnat. rescriptum l. 2. C. h. t.* repelli actor, vel procurator, ut excommunicatus, vel ex alio defectu non habens legitimam personam standi in iudicio: item postula- dari auctor pro casu evictionis *l. 8. C. de evict.* ob quas, & similes causas haec dilatio nulli temporis alligata, adeoque arbitraria, merito conceditur.

4. Q. II. *Quae dilaciones post litem contestatam in termino probatorio concedantur?* R. 1. *Dilaciones pro- batoriae*, quae dantur utrique parti litiganti ad probandum, & quidem actori ad formandas positiones, & articulos probatorios, reo vero ad respondendum, ut- rique ad producendum testes, & instrumenta *c. 1. h. t. l. 1. 2. C. eod.* Et quidem, si probationes petende sunt ex eadem provincia, assignantur tres menses, si ex aliena, continentur tamen, non ultra sex, sive trans- marina, non ultra novem *l. 1. & fin. C. eod.* Ceterum in causis pecuniariis regulariter unum tantum datur dilatio probatoria: ex iusta autem causa, etiam secun- da, & tertia; quarta vero non aliter conceditur, nisi cum solemnitate legali, ut eam petens ex causa probata, juramento asserat, quod malitiose illum non petat, quae solemnitas pariter observatur, si petatur proroga- tio quartae dilacionis, *c. 15. de testib. aurb. at qui se- mel. C. de probat.* jure camerali quarta dilatio abroga- ta, sed si iusta causa addit, petenda est prorogatio ter- tiae dilacionis, cum dicta solemnitate *rec. 1654. §. 50.* Haeredit autem regulariter concedi solet nova dilatio *l. 7. ff. de feriis*. At in causis criminalibus reo tres di- laciones, accusatori duae dari possunt, sed utrumque, causa cognita, *l. fin. ff. eod.* quae communiter extendi- tur ad omnes causas criminales, quia in his probatio est difficilior. R. 2. *Dilaciones allegatoriae*, quae dan- tur ad allegandum, regulariter conceduntur etiam tres successively, singulae per 30. dies, *aurb. habemus. C. de iudic. nam iudex, auditis probationibus, & exceptio- nibus, priusquam sententiam ferat, solet interrogare partes, an quid praeterea habeant ad allegandum, seu proponendum; & si altera partium dicat se adhuc vel- le aliquid proponere, datur ei dilatio ad allegandum.*

5. Q. III. *Quae dilaciones concedantur ad finem iudicii?* R. *Definitoria, & executoria*. *Definitoria* datur ex arbitrio iudicis ad tempus sententiae definitivae, v. g. sententia feratur calendis decembris, & qui tali die non comparuerit, etiam in ejus absentia sententia feretur *l. 71. ff. de iudic.* Potest autem ejusmodi dilatio dari etiam secunda, vel tertia, nisi prima sit per- emptoria. *Executoria* dilatio datur ad satisfaciendum fen-

sententie lata. Et quidem in actionibus personalibus pecuniariis conceduntur reo condemnato 4. menses c. 24. de off. deleg. c. 15. de sent. & re jud. in actionibus vero realibus statim fieri potest executio; nisi reus justam causam habeat, ob quam mox restituere non possit rem evictam §. 2. In. de off. Jud. l. 68. ff. de R. V.

6. Q. IV. An hodie dilationes judiciales sint arbitrariae, hoc est, ut consideratis circumstantiis personarum, locorum, & impedimentorum, judex illas ampliare, vel restringere possit? R. Affirmative ex comm. sententia: nam licet ea, quae jus concedit independentem a ministerio judicis, non possint per judicem mutari, uti tempora appellacionum, tamen ea, quae jus concedit, causa cognita, seu mediante ministerio judicis, pro variate circumstantiarum ampliari, vel restringi possunt, ne alias jus evadat iniquum l. 7. ff. de feris ibi: sed utilitatis licentiam gratia, & l. 1. C. h. t. ubi iudici extra casum urgentissimae rationis prohibetur ampliatio dilationum; ergo si talis ratio occurrat, licebit iudici ampliare dilationem. Idem die de prorogatione dilationis, qua extenditur dilatio habens, imo, & lapsa, modo res sit integra. Causae ampliandi dilationem sunt: arduitas rei, distantia locorum, impedimenta temporum, & personarum, c. fin. h. t. l. 137. §. 2. ff. de V. O. Causae autem restringendi sunt, periculum, ne res pereat, rei vilitas, necessitas alimentorum, damnum majus re ipsa; ut si alius, vel equus plus consumeret tempore dilationum, quam consistat.

7. Q. V. Quomodo tempora dilationum computanda sint? R. Prima dies datae dilationis non computatur, sed altera proxima; ultima vero dies cedit impetranti, ut sufficit ultimo momento hujus diei comparere, arg. c. 1. de res. spoliat. in 6. l. 47. ff. de V. O. & §. 2. In. de V. O. medium autem tempus est continuum, computatis diebus feriatis, & non feriatis, l. 3. C. h. t. nisi forsitan plures essent dies feriati, quam non feriati; tunc enim aequum est feriatis dies suppleri per utiles.

8. Q. VI. Qui sint praecipui effectus dilationum? R. 1. Dilatio uni parti concessa prodest etiam alteri litiganti, ut, ea invita, renuntiari non possit datae dilationi, l. 3. in fin. C. de temp. in integr. restit. 2. Pendente dilatione, conquiescit officium judicis, ac proinde nihil innovandum est super eo articulo, super quo dilatio impetrata est; nisi forsitan reus suspectus sit de fuga, l. 3. C. h. t. 3. Finito dilationis tempore, si pars non compareat, actus perimitur, qui in dato termino fieri debuit, & iudex ad ulteriora procedere potest. Nec hic opus est interloqui, quia ipsa dilatio vim habet sententiae interlocutoriae, l. 3. C. h. t. & arg. c. 1. eod.

TITULUS IX.

De Feriis.

Agitur de hac materia in Decreto 15. q. 4. & c. 1. de consecr. d. 3. In Pandectis lib. 2. tit. 13. in Codice lib. 3. tit. 13.

1. Nota 1. Ferias dici a ferendis hostiis, quas veteres suis Diis immolabant, ita ut nefas esset his diebus aliquid in iudicio tractari, & ideo etiam dies nefasti, festi, seu feriati dicebantur. Feriae autem quoad rem pro praesenti, sunt dies, quibus jus non dicitur, seu vacatur a strepitu iudiciali; & si sunt feriae sacrae, insuper abstinetur a mercatura, & opere servitii. Differunt a dilationibus, quia haec contingenter dantur ad instantiam, & utilitatem partium; feriae vero stabiliter institutae sunt ad honorem Dei, vel bonum publicum.

2. Nota 2. Ferias dividi in ordinarias, seu legales, aut solemnes, quae stabiliter a lege, vel sac. Canonibus constitutae sunt; & ideo sacrae, & anniversariae dicuntur; & extraordinarias, quae ob repentinam causam a principe indicuntur, v. g. in die inaugurationis principis, victoriae &c. 2. Ordinariae, aliae sunt sacrae in cultum Dei, & sanctorum institutae; aliae profane in hominum utilitatem inductae; uti sunt feriae rusticae messium, & vindemiarum: item feriae mundinarum, & nuptiarum, quibus per statuta sac. Canonum

nuptiae solemniter celebrari prohibentur. Hic potissimum agitur de feriis judicialibus, uti sunt sacrae, rusticae, & repentinae: ex quibus rusticae messium, & vindemiarum pro variate locorum vario tempore sunt constitutae.

3. Q. I. An die feriato exerceri possit placitum, hoc est, actus forensis, qui fit cum strepitu iudiciali? R. Negative c. 1. h. t. & l. fin. C. eod. nam dies feriatum ex dispositione juris non sunt iudicij; ergo in illis jus dici non potest, l. 7. C. eod. Porro licet partes renuntiare possint feriis rusticis, ut in his, si iudex velit, iudicium possit prosecui, cum feriae istae institutae sint in privatam favorem partium; tamen renuntiare non possunt feriis sacris, & repentinis, utpote ob publicam causam honoris divini, vel principis institutis, c. fin. h. t. ibi: consentientibus etiam partibus; alioquin acta judicialia sunt invalida, & sententia die sacro prolata, est nulla, cit. c. fin. & l. 2. 7. C. h. t. exceptis duobus casibus: necessitatis, ut si reus suspectus sit de fuga, si periculum est in mora, si latrones capiendi, si rustici, & pauperes alio tempore ad iudicium venire nequeant &c. pietatis, & misericordiae, ut si agatur de causis alimentorum, carceratorum, matrimoniorum &c. cit. c. fin. h. t.

3. Q. II. Qui actus iudiciales in specie prohibentur die festivo? R. 1. Citatio decretoria, Abb. Gonz. & alii contra Fagn. Reiff. &c. qui docent a iudice extra tribunal posse die festo confici decretum citacionis. Prob. ex l. fin. C. h. t. ibi: si ille dies a cognitionibus alienis: confectio autem citacionis requirit cognitionem causae ad statuendum terminum citato. Multo minus solemnis citatio per proclama, vel capturam fieri potest die festo, cit. l. fin. ibi: praconis horrida vox strepit. Quod si citatio fiat die iudicij ad diem non iudicium, seu feriatum expresse, v. g. die dominico comparere, non valet, cum omnis strepitus cesset die feriato. At si tacite fiat in diem feriatum, v. g. ut compareat 6. Junii, quo die occurrit festum, citatio regulariter fertur in sequentem diem proximum iudicium arg. c. 6. de dolo, & conum. R. 2. Nec examea, aut depositio testium; & multo minus iuramentum illorum fieri potest die festo, c. 1. & fin. h. t. cum testes cogi non possint ad testificandum l. fin. C. h. t. ibi: nulla quaequam urgetur admonitio; & aliunde actus isti nullum habent de strepitu iudiciali. R. 3. Sententia, & eius executio, dum exercentur cum strepitu forensi, invalide fiunt die festo, c. fin. & l. fin. C. h. t. ibi: ut a cunctis executionibus excusentur.

5. Q. III. Qui actus iudiciales licite, & valide fieri possint diebus festivo? R. 1. Oblatio libelli, quia est tantum preparatoria ad iudicium absque ulla strepitu. Idem die de citatione privata per nuntium, aut litteras. 2. Sententia, quae fertur sine cognitione, & strepitu iudiciali, uti etiam actus iurisdictionis voluntariae; ut emancipare, manumittere, veniam etatis concedere, dispensare, magistratum creare &c. exceptis illis, qui solemnes causae cognitionem praerogant; ut arrogatio, honorum possessio decretalis &c. 3. Sententia excommunicacionis, suspensionis, & interdictionis: nam poenae istae feruntur per modum precepti, & in bonum, seu medicam animae. 4. Appellatio; tum quia haec fit sine strepitu; tum quia vim habet defensionis, quae cuiuscumque, & quovis tempore iure naturali est permessa. Oppositum tamen tenent Zoes, Schmier, & alii.

6. Q. IV. Quis possit instituire ferias sacras, & quid in eis observandum? R. ad 1. Solus princeps Ecclesiasticus, scil. Papa pro tota Ecclesia, & Episcopus pro sua dioecesi instituire potest ferias sacras: ita Catholic. contra Haeret. nam laici in spiritualibus nullam habent auctoritatem, utpote quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi c. 10. de cons. unde Innoc. X. Const. incip. Cum nuper, an. 1657. die 6. Octobr. irritum declaravit edictum Gubernatoris, & senatus Mediolanensis, quo festum S. Dominici festivo celebrari precipiebatur. At ferias profanas princeps pontificus, & quidem solus, instituit, l. 4. C. h. t. licet earum determinatio quoad tempus spectet ad praesides, & proconsules. l. 3. ff. h. t. & l. 7. ff. de off. procons. R. ad 2. Praeceptum celebrandi ferias factas partim est affirmativum de missa audienda, partim negati-

gativum prohibens opeta servilia; iuramentum etiam extrajudiciale, quo pacta, & contractus solemniter firmantur, excepto iuramento pacis; mercatum, seu nundinas, nisi aliud habeat consuetudo; & omne placitum, seu strepitum iudiciale, c. 1. h. t. Venatio moderata, uti & piscatio in flumine videtur permessa, non tamen piscatio in mari.

Ex Const. Bened. XIV. Ab eo tempore 5. Nov. 1745. §. 22. denno prohibentur mercatus diebus festis; & si in illos incidant, statim, transferendos in antecedentem, vel in subsequentem diem. Et §. 30. mandatur locorum Ordinariis ditionis Ecclesiasticae Savonar. & constituitur auctoritate ipsorum Pontificis, ut mantianis, & vesperinis horis, quibus die festo, quo nundinae habentur, claudi debeant apothecae, nec publica possint exerceri commercia, ut qui ad nundinas confluerunt, missae sacrificio, & divinis officijs intersint, aliique christiani operibus festum sanctificent: quemadmodum ipsemet iam antea sanxit in Const. Paterna 4. Aug. 1744. pro nundinis Senogalliensibus, quorum dies in compensationem immunitati hac de causa secularibus negotijs temporis, cum iussum privilegij, & immunitatis multiplicavit, addendo alios quinque praeter consuetos.

Praecipitur praeterea altera Const. Nihil profecto 12. Aug. 1742. §. 3. ut ab Episcopis turpes, & obscenae exercitationes perorum, & adolescentium natorum cursus, luteae, festis potissimum diebus, quocumque nomine, & occasione exhibenda eliminentur. &c.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

Agitur de hoc in Decreto 2. q. 2. & 3. q. 1. 2. In Codice lib. 3. tit. 8. de ordine iudicior.

1. Nota 1. in concursu plurium causarum, ne confusio fiat, ordinem cognitionum observandum esse. Ordo autem cognitionum nihil est aliud, quam prioritas, & posterioritas in cognoscendis, & decidendis plurius causis in iudicium delatis.

2. Nota 2. dari quatuor questiones praediciales, a quibus altera causa ita pendet, ut cognosci nequeat, nisi prius cognoscatur quae sit praedicialis; & sententia lata in una parte exceptionem rei iudicatur in altera, atque ita et praedicialium assert: ob quod etiam dicitur praedicialis, vel quia pra illa iudicari debet. Rursum exceptio alia est incidens, seu peremptoria, quae actionem mere iure competentem ita excludit, ut illam omnino perimat, v. g. exceptio metus, JCu Vellesani, Macedoniani &c. alia est incidens a cadere, seu emergens, quae negotium principale non perimit, sed tantum differit; & ideo vocari solet dilatoria: unde illud Glossae c. 1. h. t. incidens perimit, emergens questio differi. Dicitur autem emergens, quia non competit reo ante diem incitatum, sicut competit peremptoria, sed primo emergit sub lite, v. g. an danda sit dilatio, an hic testis recipiendus. Sed circa hac diversus est modus loquendi, etiam in ipso iure, quia voces istae in diversa significatione accipiuntur, ut patet ex c. 1. h. t. ubi exceptio consanguinitatis dicitur peremptoria, cum tamen fit exceptio meri facti nullam de iure actionem praesupponens, quam perimat, coquod ex matrimonio invalido nulla actio, seu petitio nascatur. Quare pro claritate.

3. Nota 3. quod illa dicatur causa, seu questio principalis, quae primario, & per se dicitur in iudicium; illa vero incidens, seu concurrens, quae ratione causa principalis incidit, concurrat, seu suscitatur in iudicio; sive deinde sit pure dilatoria, sive peremptoria de iure, aut de facto, sive litis finitae, sive sit praedicialis, quae res ipsa coincidit cum peremptoria. Et hic modus loquendi habet fundamentum in l. 3. C. de iudic. in l. 3. C. h. t. ubi questio status dicitur concurrens, & questio criminalis incidens, & c. 1. h. t. ubi exceptio consanguinitatis dicitur peremptoria, puta de facto.

4. Q. I. In concursu plurium causarum, quae prius cognoscenda est? R. Regulariter loquendo, illa causa prius est cognoscenda, quae prius in iudicium deducta, arg. reg. 54. in 6. qui prior tempore, prior iure, & l. 29. ff. de iudic. qui appellat prior, agit. Sed hac

regula suas patitur exceptiones, & quidem. 1. Si duae causae aequae principales simul tempore deductae sunt in iudicium, simul tractandae sunt, cum non sit ratio unam alteri praerendi; nisi actor vellet unam citius finire. 2. Si concurrat causa major cum minori, ut criminalis cum civili, causa major utpote dignior prius tractanda est, l. 54. ff. de iudic. l. fin. C. huius titul. 3. Si concurrat sive principaliter, sive incidenter causa, a cuius decisione pendet decisio alterius causae, illa prius tractanda est, c. 1. 3. h. t. l. 1. 2. C. eod. l. 5. §. 8. ff. de agnoscent. & al. liber. c. 5. qui fil. legit. nam iudex inutiliter in altera causa procederet, cum ejus cognitio penderet ex cognitione alterius causae praedicialis. Unde prius tractanda est causa status circa libertatem, vel legitime natiuitatis, quam hereditatis, aut alimentorum; prius exceptio consanguinitatis, quam causa matrimonij; prius super beneficio valide obtento, aut matrimonio valide inito, quam super decimis dandis, vel super dote. Et generaliter prius cognoscitur super exceptione stricte peremptoria, quae actionem mere iure natam perimit; ut exceptio metus, doli, pacti de non petendo, rei iudicatae &c. item super exceptione late peremptoria, seu facti, ut vocant, quae excludit actio tantum de facto inentata, & de iure non competens, vel iam extincta; ut exceptio consanguinitatis, nullitatis, tituli inhabilis ad beneficium &c. quo etiam spectant exceptiones litis finitae ut soluti, ulucapti, permutati &c. 4. Exceptiones dilatoriae prius cognoscendae sunt, quam causa principalis; imo etiam per sententiam interlocutoriam terminandae, uti est exceptio fori incompetentis, iudicis suspecti, actoris excommunicati, inhabilis, procuratoris falsi &c. l. 4. C. de dilat. ibi: suscipi questio per sententiam iudicis dirimatur, & l. 26. C. ad l. jul. de adulter. Ratio primi est, quia talis exceptio obiecta, dicitur non esse procedendum iudici; ergo ne iudex procedendo faciat contraria in eodem iudicio, abstinere debet, processu in causa principali, & interim cognoscere de exceptione obiecta. Ratio secundi, quia sententia in causa principali virtualiter non continet sententiam super exceptione dilatoria; cum una ab altera necessario non penderet; ergo super exceptione dilatoria iudex prius interloqui tenetur, ut deinde super causa principali procedere possit, vel abstinere.

5. Q. II. An iudex super exceptione peremptoria cognita pronuntiare debeat sententiam interlocutoriam? R. Negative regulariter loquendo: ita l. 1. C. de ord. iudic. ibi: quoniam non de ea, sed de hereditate pronuntiat, hoc est, iudex non pronuntiat de exceptione peremptoria, seu questione praediciali status, sed tantum de causa principali hereditatis. Ratio est, quia sententia super causa principali tacite in se continet sententiam super exceptione peremptoria, & praediciali: nam qui pronuntiat matrimonium esse validum, etiam tacite pronuntiat nullum adesse impedimentum dirimens &c. Nec obstat l. 74. de qua re ff. de iudic. nam intelligenda est de pronuntiatione expressa, vel tacita. Excipe casum, quo causa profana principalis proposita est coram iudice laico, & concurrat questio incidens spiritualis, v. g. super legitimitate liberorum, & valore matrimonij; tunc enim questio spiritualis, respectu cuius laicus est incapax, remittitur ad iudicem Ecclesiasticum, & ab eo per sententiam terminatur, c. 5. 7. qui fil. legit. & c. 3. h. t. ubi Honorius III. scribit Ludovico Regi Galliae, ne procedat in causa successione, donec ille terminet causam natalium, an scilicet ex legitimo matrimonio orta fuerit Regina Cypri.

6. Q. III. Quomodo cognoscenda sit causa spoliata? R. cum distinctione: si reus obiciat spoliacionem per modum exceptionis, prius cognoscenda est exceptio spoliata, & per sententiam interlocutoriam terminanda, c. 2. §. sed quoniam h. t. nam exceptio spoliata est dilatoria retardans processum iudicium in causa principalis; ergo prius cognosci, & terminari debet, etiam actor agat etiam in causa spoliacionis; quia in eodem delicto favorabiles sunt partes rei, quam actoris, l. 125. ff. de R. J. Hoc tamen casu actor non tenetur restituere spoliatum reo, cum reus excipiendo hoc non petat, sed praecise repellat actorem ab agendo; si autem actor vult agere, prius restituere debet spoliatum reo. R. 2. Si causa spoliata proponatur per modum actionis

a reo,

a reo, simul tractari debet cum causa principali actoris, & utraque per unam sententiam terminari, cit. c. 2. §. nos autem h. t. nam in tali casu concurrunt multae petitiones, seu conventio, & reconventio; ergo gaudent simulatae processus, & sententiae; ita tamen, ut causa actoris, utpote prior, in cognitione sit praesertenda, ibid.

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

Agitur de hac materia in Inst. lib. 4. tit. 6. §. 33. in Codice l. 3. tit. 10.

1. Plus petitio est excessiva petitio actoris aliquid ultra debitum a reo apud iudicem exigentis. Modum plus petendi sunt 4. per c. un. h. t. ex §. 33. In de action. 1. Plus causa, dum petitur aliquid certum in specie, seu individuus, quod est debitum tantum in genere, vel alternative; ut si debeatur equus, vel pecunia, & actor petat determinate hunc optimum equum, 2. Plus re, seu quantitate, dum petitur maior quantitas, ut 20. vel totum, cum debita sit minor quantitas, ut 10. vel tantum pars, v. g. fundi, 3. Plus tempore, dum debitum certo die, vel sub conditione petitur ante adventum huius diei, vel conditionis: nam quia ratione, qui tardius solvit, minus solvere intelligitur, eadem ratione, qui premature petit, plus petere videtur, cit. §. 33. v. tempore, 4. Plus loco, dum quis alibi ad solvendum convenitur, quam ubi constitutum fuit: nam debitoris sepe interest in hoc potius, quam alio loco solvere.

2. Q. I. Qua sit poena plus petentis: Re. 1. De jure antiquo plus petens causa cadebat, quae poena sublata est, excepto uno casu, si quis dolo malo cautionem obligatoriam super majori quantitate, quam sibi debeatur, exigat, l. fin. c. h. t. 2. De jure civili recentiori plus tempore petens, amittit sumpsus litis, & tenetur debitor duplicare inducias temporis, vel integri, quod prefixum fuit ad solvendum, ut voluit Jo. Andr. Schneid. & alii ex §. 10. v. hodie autem, in de exception. vel saltem temporis anticipati, ut docent Bartol. Gonz. Zoes &c. Qui autem plus petit causa, re, vel loco, tenetur debitori damna illata refarcire, & triplum date ejus, quod viatoribus, seu executoribus nomine spoliatarum ob majorem quantitatem libello expressam solutum fuit, §. 24. Inst. de act. 3. De jure Can. c. un. h. t. re, aut causa plus petens, condemnatur debitori in expensis, loco plus petens, obligatur ad refarcendum interesse, tempore plus petens, tenetur duplicare inducias. Et quia in cit. c. un. non exprimitur poena tripli, inferunt Abb. Gonz. & alii poenam litam esse sublata de jure Can. quod etiam in foro seculari observari asserunt Abb. Manz. &c. Sic etiam proportionaliter puniendus, & in expensas condemnandus est reus, qui plus negat, quam actor iuste petit; alioquin si actor plus petit, & reus plus negat, regulariter locus est compensationi.

3. Q. II. Qua causae excusent a poenis plus petitionum: Re. seqq. 1. Si plus petatur, non dolo, sed probabili ignorantia, aut errore l. pen. c. ad l. Falcid. 2. Si actor poenitentia ductus ante vel post litem contestatam a plus petitione recedat l. 14. §. 8. l. 16. §. 3. ff. de bonis libert. si tamen dolose plus petit, poenitentia eum non liberat, l. fin. h. t. 3. Si adlit iusta causa petendi ante tempus; ut si debitor bona dilapidet, vel de fuga sit suspectus &c. vel in alio loco, ut si debitor in loco convento nunquam reperitur &c. 4. Si actor est minorennis cit. §. 33. pr. de action. nisi ex dolo plus petierit, l. 1. 2. c. si advers. delict. Denique si adjecta fuit clausula futuritatis: salvo jure superius; sed haec causa reduciatur ad poenitentiam, ut libellus emendari possit; sicut etiam fuerit, si creditor minus petit, quam sibi debitum fuerit l. 2. §. 1. c. h. t. §. 34. de action. ibi: si minus in intentione sua complexus fuit actor &c.

TITULUS XII.

De causa possessionis, & proprietatis.

Agitur de hac in Clement. h. t. in Institution. lib. 4. tit. 15. in Pandect. lib. 40. tit. 1. 2. & maxime lib. 43. per totum, ubi agitur de interdictis, in Codice lib. 8. tit. 1. usque ad 13.

Amplissima est materia de possessione, & dominio, sed hujus tractatio non pertinet ad presentem titulum, sed petenda est ex jure civili ad tit. ff. de acq. poss. & de A. R. D. Similiter fura, & integra doctrina de interdictis haurienda erit ex jure civili locis supra allegatis: hic solum afferentur ea, quae directe pertinent ad presentem rubricam.

1. Nota 1. nomine possessionis venire hic factam, quo res corporalis detinetur corporis, animi, & juris adminiculo: ita ut jus aliquem non inhabitat ad possidendum, sicut laicus est incapax possidendi spiritalia, sive deinde possessio sit iusta, sive iniusta, ut in praedone: si tamen iusta est, parit jus, ex quo solet vocari possessio juris l. 3. §. 4. ff. de acq. poss. aliam possessio de se plus habet facti, quam juris; & ideo res facti dicitur l. 1. §. 4. ff. eod. Et quavis arg. h. rubrica dici possit possessio etiam iurium, & incorporealium; horum tamen solent in jure dici quasi possessio c. 3. h. t. nomine autem proprietatis venit hic jus reale, quo res est mea, sive sit res corporalis, sive incorporealis, uti jura servitutium, patochiae &c.

2. Nota 2. Proprietatem in multis differre a possessione, ut cum ea nihil commune habere dicatur in l. 12. §. un. ff. de acq. poss. Et quidem differt, 1. In natura, & cupiditate: nam proprietatem est ipsum jus, quo res vere est mea; ad possessionem factum, vel quandoque jus, quo detineo rem ut meam, licet forsitan non sit mea: & ideo ejusdem rei unus potest habere proprietatem, alter possessionem l. 35. ff. eod. 2. Differt in modo acquirendi, & amittendi: nam proprietatem non acquiritur sine titulo habili ad translationem, aut acquisitionem domini l. 31. ff. de A. R. D. interdictum solo animo acquiritur l. 23. eod. & contra possessio falo acquiritur sine titulo, & causa l. 6. ff. de acq. poss. solo animo non acquiritur, l. 3. §. 1. eod. licet solo animo amittatur, cit. l. 3. §. 6. ibi: itaque si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, primum amittes possessionem. 3. Differt in effectu: nam ex iudicio proprietatis, seu petitorio res contrahit viduum litigiosum, l. 1. cum aut. litigiosa. C. de litigios. & sententia lata super proprietate absorbet sententiam latam super possessione c. 6. h. tit. & contra ex iudicio possessorio res proprie non afficitur vicio litigiosi, cum possessor non teneatur agere, nec cedere possessione, nisi alter probaverit sibi competere dominium, seu proprietatem, Reiff. & alii com. Et haec differentiae sufficiant, licet plures ab aliis afferantur.

3. Nota 3. Multa, & magna esse commoda possessionis: nam 1. Possessio parit praesumptionem bonae fidei, quod quisque censatur bona fide possidere, nisi contrarium probetur. 2. Possessio bonae fidei parit in iudicio praesumptionem domini, & revelat ab onere probandi, illudque transit in actorem, quo non probante, reus, etsi nihil presterit, obtinebit, l. 14. ff. & l. 2. c. de probat. & c. 3. h. t. Excipe, nisi actor intentionem suam habeat fundatam in jure communi; tunc enim reo possessori incumbit probatio, quomodo rem, vel jus acquisiverit, c. fin. de restit. spol. in 6. 3. In pari delicto, vel causa, prior est conditio possidentis, reg. 65. in 6. quia duos habet titulos, unum certum possessionis, alterum incertum proprietatis, in quo posteriore patet est adversario. 4. Possessor tempore litis contestatae debet a iudice defendi in sua possessione, ne ei eripiantur l. 1. ff. uti possidetis. 5. Possessor bonae fidei certo tempore praescribit rem, & fructus; imo hos pro interim suos facit: neque ei obstat dubium speculativum superveniens, si adhibita diligentia, certum dominum non reperiat &c. Plures alii effectus possessionis ipsam in jure deprehendunt.

4. Nota 4. Causam proprietatis agi in iudicio petitorio, in quo actor petit se declarari dominum rei causam vero possessionis, seu momenti agi in iudicio possessorio, seu momentaneo, in quo actor contendit posses-

possessionem rei ad se pertinere. Ratio autem quare possessio dicatur momentanea, & iudicium possessorium momentaneum, varia a DD. redditur: vel quia apta est durare momento, seu tempore modicissimo, ut si unus evincat in possessorio, & alter subito in petitorio; vel quia causa possessionis momento temporis reformanda, & possessio statim restituenda est, relicta quaestione domini, Gonz. c. 1. h. t. n. 7. vel ex origine sua, quia praetor causas possessionis de plano, & celeriter, & quasi intra momentum summarie cognoscebat, & datis interdictis adjudicabat possessiones, relicta quaestione proprietatis, ne partes contendentes de possessione, facile ad arma, rixas, & caedes convolerent; & ideo interdicta plerumque erant summaria, & plana, maxime in casu spoli, ut possessio, quam citissime potuit, reformaretur, remota omni appellatione, l. un. c. si de momentanea poss. Lexie. Kahl. v. momentaria possessio. Ex hac ergo origine cepit vocari possessio momentanea, & iudicium possessorium momentaneum: licet valde diuturnum, & longevum dici possit, cum saepe velle diuret: nam hodie iudicium possessorium vel est plenarium, in quo apices juris observantur, & appellatio conceditur, c. 10. & 15. de restit. spol. Clem. un. de sequest. poss. vel est summarium, in quo de plano proceditur, praesertim si sit periculum, ne partes ad arma convolerent; ut si incolae ex duobus locis contendat de quasi possessione juris lignandi in eadem sylva. Huiusmodi possessio solet etiam dici interimistica a verbo interimere, & interimimentum, quod significat mutuum coram iudice partium certamen.

5. Nota 5. Omissis aliis, huc pertinere interdicta possessoria, quae sunt extraordinariae actiones in factum ad possessionem adipiscendam, vel retinendam, vel recuperandam, Rubr. ff. de interd. seu extraord. actio. nam jure civili ignota erant, sed ob equitatem naturalem jure praetorio introducta sunt. Dicuntur autem interdicta, vel quia inter duos dicuntur, §. 1. in fin. h. de interd. vel quia interim dicuntur scilicet summarie, relicta quaestione proprietatis. Hodie etiam iudicia possessoria ordinaria dicuntur Interdicta c. 5. h. t. Et sunt triplicia: adipiscenda, retinenda, & recuperanda possessio.

6. Interdictum adipiscenda est, quo agitur ad possessionem obtinendam, antea non habitam; cuiusmodi sunt tria: 1. Quorum honorum a primis verbis dictum, quo agit haeres ad obtinendam possessionem hereditatis contra illum, qui res hereditarias possidet, vel pro haerede, cum haeres non sit; vel pro possessore, qui nullo jure, & titulo possidet; & ideo aliam causam possidendi dare nequit, nisi quia possidet. 2. Quorum legatorum, quo agit haeres contra legatarium, ut restituat rem legatam, quam propria auctoritate ex hereditate jacente accepit. 3. Salvianum a Salvio Juliano suo auctore dictum, quo agit dominus vel locator praedii contra colonum, vel alium possessorem, pro obtinenda possessione renim in praedium illatarum, & tacite pro pretio conductionis hypothecae obligatarum: ita haec omnia tit. ff. quorum bon. quod leg. de Salvian.

7. Interdictum retinenda est, quo agitur ad retinendam possessionem, quam habemus; & tunc proprie locus habet, dum controversia oritur super proprietate rei, & prius inter litigantes quaeritur, uter eorum possideat, eo quod melior sit conditio possidentis §. 4. de interd. Hoc interdictum est duplex: uti possidetis pro immobilibus, utrius, seu utrobi pro mobilibus retinendis, utrumque a primis verbis dictum.

8. Interdictum recuperanda est, quo agitur primario pro recuperanda possessione amissa rerum immobilium, & secundario mobilium, si que in tali fundo relictae sunt. Et est unicum unde vi a primis verbis unde tu illum vi dejecti l. 1. ff. de vi. & vi arm. Quod si autem seorsum occupentur, & tollantur sola res mobiles, nullum datur interdictum, sed actio facti, vel vi bonorum raptorum, vel ad exhibendum, l. 1. §. 6. ff. eod. Haec compendiarie ad terminos intelligendos, ex jure civili retulisse sufficiat. Jam ad nostrum institutum.

9. Q. I. An causa possessionis, & proprietatis tractanda sit coram eodem iudice: Re. Affirmative, sive ad expressum verum in libello, sive non, sive simul, sive finito possessorio intenteret petitorium: ita c. 1. h. t.

legali provisione decretum est, tam momenti, hoc est; possessionis, quam proprietatis causam sub uno, eodemque iudice debere cognosci. Et de delegato expresse idem statuit l. 10. c. de iudic. & c. 1. de sequest. poss. Ratio est: tum quia cause possessionis, & proprietatis sunt connexae, quarum contentia non est dividenda; tum quia apud eundem iudicem facilius est cognitio utriusque cause, & celerior expeditio, ergo. Excipe 1. nisi idem iudex esset incapax in petitorio; ut si Clericus possessorio conveniret laicum coram iudice seculari; tunc enim petitorio non posset reconveniri arg. c. fin. de iudic. 2. Si iudex limitate delegaretur, vel tantum ad causam possessionis, vel tantum proprietatis. Ex his solvitur c. fin. de iudic. c. 1. de sequest. ibi: quia utraque causa erat ei commissi l. 3. c. si a non competet. l. 12. §. un. ff. de acq. poss. c. 21. de sent. & re iud. & c. 17. de appell.

10. Q. II. An causa possessionis regulariter prius sit tractanda, quam proprietatis: Re. Affirmative, ex l. 24. ff. de R. P. ubi Justinianem addit: quia longe commodius est ipsum possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere: nam probatio possessionis est facilius, domini vero difficillima, ut infra dicitur. Absolute tamen causa proprietatis citius proponi potest c. 5. h. t. & c. 36. de restit. imo quanaeque id expediat ad litem abbreviandam, dummodo actor provetus sit claris probationibus ad evincendam proprietatem.

11. Q. III. An possessorem cumulari possit cum petitorio? Certum est interdictum adipiscenda, vel recuperanda cumulari posse cum petitorio, sive actor utraque intenet, sive reus unum, & actor alterum simul teneat, aut successive, ut patet ex c. 2. 3. 4. §. 6. h. t. l. 1. §. 4. ff. quod legator. l. 18. §. fin. ff. de vi armat. Restat perplexa juris quaestio, an interdictum retinenda ab eodem actore proponi possit cum petitorio? Negant glossa in c. 5. h. t. Abb. Pirhing, & Schneid. & alii. Affirmant Specul. Zoes, Schmalz cum citis. Cum his affirmantibus eandem sententiam tenui in utroque praecedenti cursu canonico: nunc autem te melius perpensa, & collatis textibus juris, melius penetrata natura interdicti retinenda, corrigo priorem sententiam, & cum negantibus.

Re. Interdictum retinenda non posse cumulari in petitorio, maxime rerum corporalium. Prob. 1. ex l. 1. ff. uti possidetis, cuius doctrinam Imperator compendio refert §. 4. retinenda. In de interd. retinenda, iniquiens possessionis causa, comparata sunt Interdicta uti possidetis, & utrobi: & cum ab utraque parte de proprietate alienius rei controversia sit, & ante quaeratur, uter ex litigantibus possideat, & uter petere debeat: namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio insitui, quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat. Ex quo textu manifeste patet, prius per hoc interdictum decidi debere, quis ex duobus possideat; & tum deum contra possidentem institui petitorium; ergo interdictum retinenda; ab eodem actore non potest cumulari cum petitorio. Eandem doctrinam amplectitur Innoc. III. in c. 5. pastoralis h. t. ubi postquam asseruisset cumulationem petitorii cum interdictis adipiscenda, & recuperanda, subdit: alii possessorem iudicium in suo robore duraveris, quae vindicationem domini sui natura praecedunt, cuiusmodi utique sunt iudicia uti possidetis, & utrobi; ergo si haec interdicta ex natura sua praecedunt vindicationem, non poterunt cum illa cumulari, seu simultanee ab eodem actore proponi. Ex qua doctrina iuris sic argumentor: dum v. g. colonus habet meum praedium, vel illud possidet, vel tantum detinet; neutro casu locus est interdicto retinenda; nam si possidet, clam, vel violente deiecit me ex possessione praedii, & tunc locus est interdicto recuperanda unde vi; si tantum detinet, & tenuit suam factur etiam, non est locus interdicto retinenda, quia hoc datur tunc tantum, dum inter duos contenditur, uter possideat, quia alterner se magis possidere affirmat. l. 1. §. 3. ff. uti possidetis; ergo licet in hoc casu procedat rei vindicatio, non tamen interdictum retinenda. Idem argumentum currit in re mobili, circa interdictum utrobi. Unde in illo casu, quo unius possessio certa est, ad illam quiete retinendam alia dantur remedia, quae Menochius,

chius, & alii DD. asserunt: ut interd. ne vis fiat ei &c. de Superficiibus, de itinere, atque privato, de aqua quotidiana &c. & remedium generale per implorationem officii iudicis. Dixi in resol. maxime rerum corporaliū: nam nonnulli admittunt hanc cumulationem circa jura, & incorporalia. Sed & in his eandem doctrinam servandam esse generalitas textuum, & ratio probat: nam si duo contendat de proprietate juris piscandi, venandi, signandi, & utroque asserit se possidere, necessario prius interdicto dirimi debet quatio, quis ex duobus possideat, ut contra illum procedat petitorium. Nec obstat §. de action. nam ibi quasi possidenti conceditur actio confessoria, & negatoria, non tamen simul interdictum retinende.

Obj. 1. Ideo maxime petitorium non cumularetur cum interdicto retinende, quia alius esse debet, qui possideat, alius qui a possidente petat, cit. §. de itinere, §. 2. de action. ibi: quod genus l. un. C. de alien. iudic. ma. caus. Sed hæc ratio non est universaliter vera, imo rejicitur ab Ulp. l. 9. ff. de R. V. admittente vindicationem contra detentorem, ut depositarium, commodatarium &c. ibi: puto autem ab omnibus, qui tenent, & habent retinendi facultatem, peti posse; ergo possessor vi domini potest proponere vindicationem, & vi possessionis interdictum retinende, & conf. utrumque cumulare. 2. Idem Ulp. l. 12. §. un. ff. de acq. poss. clare dicit: non denegatur ei interdictum nisi possideri, qui cepit rem vindicare: non enim videtur possessioni renuntiasse, qui rem vindicavit. 3. Ulp. l. 3. §. 2. ff. ut possid. concedit domino interdictum nisi possideri contra inquilinum, qui dominum ad eas referre volentem prohibebat; ergo cum inquilinus ad eas tantum tenet, datur interdictum retinende contra detentorem, & similiter vindicatio cit. l. 9. ff. de R. V. 4. In c. 5. h. t. per illa verba: alius possessoris iudicis intelliguntur illa interdicta, que mixtam causam habent, hoc est, in quibus debet quis probare dominium, seu jus reale servitutis, & possessionem suam, quod scil. iuret 30. diebus illo anno, ut in interdicto l. 2. §. hoc autem ff. de itinere, atque privato. C. l. 1. §. cit. prator. ff. de aqu. quod ubi agit de aqua ducenda ex castello: vel intelliguntur de interdictis preparatoris ad vindicationem, ut de libellis, & tabulis exhibendis &c. ergo ex cit. c. 5. h. t. non concluditur, interdictum retinende non posse cumulari cum petitorio.

Re. Ad 1. Controversia fuit inter JCTos, an rei vindicatio procedat tantum contra possidentem? affirmabat Pegafus, negabat Ulpianus: sententia autem Pegafi videtur confirmata ab Imperatore locis cit. qua stante, infirmata est sententia Ulpiani. Sed etiam hæc reventia, nihil sequitur: nam dato, quod contra detentorem procedat vindicatio, non tamen interdictum retinende, cui locus est inter duos, quorum uterque asserit se possidere, nisi adversarii velint fabricare novum interdictum retinende, quod procedat contra detentorem. Ad 2. ne Ulp. contradicat sibi in l. 1. ff. ut possid. & Imperatori cit. §. 4. retinende, de Interd. dic Ulp. loqui non de cumulatione, sed alternativa propositione utriusque iudicii, quod fieri potest in certis casibus, ut si petitor non scivit se possidere, quia possedit per filium, vel servum; vel quia successit in jus alterius, quem ignoravit possidere: imo licet sciverit se possidere, tamen per errorem, vel imprudenciam elegit rei vindicationem; quibus casibus jus perimit deferre vindicationem, & transire ad interdictum nisi possideris, dum & alter dicit se possidere: quo interdicto finito recte instituitur vindicatio contra eum, cui adjudicata prius fuit possessio, Glossa in cit. c. 5. Ad 3. Inquilinus iste constituebat se in possessione, ut patet ex seq. ibi: non prohibere inquilinum, ne habitaret, sed ne possideret. Ad 4. Communis intellectus est, verba illa procedere de iudicis retinende, aut saltem ea non excludi. Cetera, que asseruntur, non militant contra nos.

12. Q. IV. An agens petitorio, eo relicto, vel suspeso, regredi possit ad possessorium? Re. Affirmative, modo id fiat ante conclusionem in causa; ita l. 12. §. un. ff. de acq. poss. C. l. 18. §. fin. ff. de vi arm. ibi. cum, qui sanam vindicavit ab eo, cum quo interdicto UNDE VI potuit expediri, pendente iudicio, nihilominus interdicto relicto agere placuit: qui textus ca-

nonizatur in c. 5. h. t. Sic etiam c. 36. de restit. M. niales a petitorio transeunt ad possessorium: nam actor, qui incipit agere remedium diffidillimum petitorio, non debet denegari remedium facilius, nisi est possessorium. At post conclusionem in causa, nisi urgens causa id exigat, non admittitur talis regressus cit. c. 5. h. t. Ex his solvitur l. 3. C. de extend. amb. qui somel C. quomodo, & quando Clem. un. h. tit. l. 13. C. de R. V. l. 37. ff. de iudic. nam hæc, & similia jura negant regressum ad causam non connexam, & jubent prius tractari causam possessionis in casu, quo necitur, uter litigantium sit possessor.

13. Q. V. Quomodo probetur possessio, & dominium? Re. 1. Possessio multis modis facilibus probatur, ut per traditionem veram, vel ficam a priori possessore, ut per adjudicationem possessionis, per actus a solo possessore exerceri solitos; ut quia recedit domum, cum locavit, mercedis exigit, aravit fundos, seminavit, fructus collegit, rem in iudicio defendit &c. Re. 2. Dominium valde difficulter probatur; nam ad hoc ut sim dominus, non sufficit, quod rem ex empto acceperim, vel ex donatione, aut penumatione, & similibus titulis mihi tradita fuerit; sed insuper requiritur, ut auctor mihi rem tradens fuerit dominus rei, vel ego illam legitimo tempore possiderim, & utseperim: quo sensu procedit l. 20. C. de pallis, traditionibus, & usucapionibus dominia verum, non nuda pallis, transferuntur. Jus reale in incorporalibus probatur ex legitime collatione, vel electione ad beneficium, ex privilegio, investitura, & aliis modis, quibus confertur jus decimandi, venandi, signandi, jus feudale &c.

14. Q. VI. Quomodo procedendum sit in causa possessionis, & proprietatis? Re. 1. Si utraque contentat se possidere propositio interdicto nisi possideris, vel utroque, ille vincit, qui enervatis alterius rationibus, plene intentionem suam probat. In consensu autem plene probationis ex utraque parte, ille vincit, qui probat possessionem suam antiquiorem, & titulum, c. 9. de probat. qui casus est specialis, in quo possessor tenetur probare titulum, ad quem probandum alias non obligatur l. 2. ff. ut possid. Tandem si omnia sint æqualia quoad efficaciam probationis, in causis beneficiis neuter beneficium obtinet, cum alter alterum impedit, in causis vero profanis sententia fertur pro reo contra provocantem, vi autem neciatur, quis provocaverit, iudex pronuntiat pro utroque secundum formam interdicti: nisi possideris, ita possideris l. 3. ff. ut possid. cui pronuntiationi non fuit locus c. 9. de probat. quia utrinque æquales non erant probationes. Hac sententia lata, partes rem possident communiter, & pro indiviso, vel alternis vicibus: si vero a rixis, & violentiis non abstante iudex possessionem sequestrabit, donec his petitorio, transactione, vel amicabile compositione finiatur.

Re. 2. Si possessio, & proprietates cumulative deducta est in iudicium, simul tunc causa utriusque tractatur, & una sententia (que re ipsa est duplex) terminatur, nisi iudex propter difficultatem petitorii præmitteret sententiam in possessione. Licet autem sententia super possessorio præcedat pronuntiationem super petitorio: ista tamen in executione prævalet illi, & ut dicitur, sententia in petitorio absorbet sententiam in possessione, c. 6. h. t. quia proprietates evicta tradit ad se possessionem, tanquam accessorias. Neque tamen sententia super possessorio est superflua, cum habeat notabiles effectus, liberando possessorem ab expensis in litem solvendis, a fructibus restituendis, quos medio tempore percipit, & consumpsit; saltem si non sit factus locupletior: item a prestando casu, si res casualiter apud ipsum perit, l. 16. ff. de R. V.

Re. 3. Si actor succubuit in petitorio plene, ita ut possessio, & proprietates adjudicata sit reo, non potest transire ad possessorem, vel e contra: nam obstat ei exceptio rei iudicate: at si reo non est adjudicata proprietates, a petitorio regredi potest ad possessorium, cum iudicia ista sint diversa, & separabilia.

15. Q. VII. An fructus rei evictæ restituendi sint actori in petitorio vincenti? Ante resp. nota fructus esse triplices: naturales, quos natura sponte producit ut poma arborum, fetus animalium &c. Mere industriales, quos sola industria hominis producit, ut sunt lucra ex negotiationibus. Et mixtos, seu simpliciter indu-

industriales, qui magis ab industria hominis, quam a natura producuntur, ut segetes ex seminatione, & agricultura. Quo etiam spectant fructus civiles, seu pensiones ex prediis locatis, ex operis servorum, & iumentorum. Rursum fructus isti vel sunt percipiendi, vel jam percipi, vel pendentes, vel jam separati a solo: vel extantes in se, seu formaliter; vel extantes in augmento, seu virtualiter, ex quibus possessor factus est locupletior; vel consumpti localiter, v. g. per donationem, vitam lautorem &c. ita ut ex his possessor non sit factus locupletior. Ceterum fructus in presenti illi solum dicendi sunt, qui deductis impensis, superfunt per modum lucri.

16. Re. 1. Possessor male fidei tenetur cum re evicta restituere omnes fructus percipios, & percipiendos, seu quos percipere potuit, attemta industria domini, si vive in se extant, sive sint consumpti, c. 11. de restit. spol. l. 1. §. 31. ff. de vi armat. nam nullo iure eos percipit, & si pauciores percipit, quam dominus inceptus percipisset, tunc negligentia, & culpa imputare debet. Et quamvis fructus percipi ex reinhonestate, v. g. ex locatione domus facta meretricibus, restituendi sint, non tamen fructus percipiendi, cum nec dominus honeste eos quærere potuisset, l. 27. §. fin. ff. de heredit. petis. Insuper omnia damna in re facta tenetur domino reficere, l. 1. §. 41. ff. de vi armat.

17. Re. 2. Possessor bonæ fidei non tenetur restituere fructus mere industriales, cum non sint fructus rei, sed industrie, nec fructus naturales, aut mixtos per triennium plene utcautos, quia per utucapionem suos fecit irrevocabiles; nec fructus totaliter consumptos, ex quibus non est factus locupletior, quia consumptione fecit suos, §. 35. Inst. de Rev. divo. l. 4. §. 2. ff. fin. regundor. ibi: aut bona fide percipit, & lucrari non oportet, si eos consumpsit, aut mala fide, & cordati oportet. 2. At fructus extantes, & post litem contestatam universos tenetur bonæ fidei possessor restituere actori l. 22. C. de R. V. ubi Imp. refcribitur: certum est mala possessores, omnes fructus solere cum ipsa re prestare; bona fidei vero extantes, post litem autem contestatam universos: nam possessor bonæ fidei non acquirit fructus dominio irrevocabiles, sed tantum interim suos facit, vel conditionare, si interim res non evincatur, l. 48. ff. de A. R. D. 3. Etiam fructus consumpti virtualiter extantes, ex quibus bonæ fidei possessor factus est locupletior, restituendi sunt, non tantum in iudicio universalis hereditatis, ut omnes conceduntur ex l. 20. §. 6. & l. 25. §. 11. ff. de heredit. petis. sed etiam in iudicio singulari rerum particularium, ut probabiliter tenent, Abb. Covar. Sanchez. Reiff. cum citr. contra Ant. de Butrio, Garcian., Schmalz. Pichler. &c. tum quia Imp. §. 2. ff. de off. iudic. exactat ista iudicia, quoad fructus; tum quia fructus virtualiter extantes proprie in sensu juris non dicuntur consumpti: quia non assumuntur, quod in corpore patrimonii retinetur l. 72. ff. de legat. 2. tum quia nemo debet cum alterius iactura locupletari reg. 46. in 6. Ex his solvuntur §. 35. de R. D. l. 4. §. 2. ff. fin. regundor. l. 40. in fin. ff. de A. R. D. l. 22. C. de R. V. ibi extantes. Vide de his disputationes meas civiles disp. VI. comrov. 6. 7. 8.

18. Q. VIII. An possessor victus deducat impensas? & quas? Nota, expensas dici, que in rem, fructusque colligendos, & conservandos impenduntur. Et sunt triplices: necessarie, sine quibus fructus non nascerentur, ut frumentum dare pro seminatione. Utiles, que sunt in aliquam commoditatem domini, ut si sepes edificetur, voluptarias, seu mere voluntarias, que propter solam voluptatem, & ornatum fiunt, ut pictura, aque salientes &c.

19. Re. 1. Possessor bon. fid. deducit impensas necessarias, & utiles, si abradit possunt, aut si non possunt, dominus tamen eas approbavit, vel approbare debuit propter majus rei pretium: voluptuarias vero tantum tollit, seu abradit, si sine detrimento rei tolli possunt l. 38. ff. de R. V. 2. Possessor male fid. deducit expensas necessarias, & abradit utiles, si a re tolli possunt: nullo modo autem voluptuarias, attento rigore juris l. 5. C. de R. V. At spectata æquitate, ne dominus cum alterius iactura locupletetur, deducit impensas utiles, & abradit voluptuarias l. 38. ff. de heredit. petis. l. 39. §. un. cod. & l. 37. ff. de R. V. Fu-

fus ista vide in disputat. meis civil. disput. 6. controvers. 9.

TITULUS XIII.

De Restitutione spoliatorum.

Agitur de hac materia in Sexto h. t. in Decreto a. g. 2. & 3. q. 1. 2. in Institutionibus §. 6. de Interd. in Pandectis lib. 43. tit. 16. in Codice lib. 8. tit. 4. 5. & spiritum tit. ff. & C. ad L. Jul. de vi privata, & publica.

1. Nota in hoc tit. agi de remedio recuperanda possessionis, vi, aut clam ablata per spoliationem, seu dejectionem ex re immobili. Et quamvis remedia spoliatorum Maranta 20. Menochius 17. Speculator 7. alii plura, vel pauciora enumerent, tria tamen sunt præcipua: unum ex jure civili scilicet Interdictum unde vi, & duo ex jure Can. scilicet conditio ex c. Sape constringit 18. h. t. & conditio ex Can. redintegranda 3. q. 1. De recuperandis mobilibus per vim ablatis competit actio vi bonorum raptorum, de qua tit. Inst. & ff. vi bon. raptor.

2. Q. I. Cui, & contra quem competat interdictum unde vi? Re. ad 1. Interdictum unde vi regulariter competit omni, & soli possessori, etiam prædioni, qui per vim dejectus fuit ex possessione rei immobili l. 1. per tot. ff. de vi armat. l. 7. C. ad L. Jul. de vi publ. c. 5. h. t. ibi: prædiorum etiam est secundum rigorem juris restituendus: nam hoc interdictum introductum est in odium spoliantium, & in favorem publicæ tranquillitatis. Unde quia feudatarius, fructuarius, usufructarius sunt veri possessores rerum quoad sua jura, his per vim dejectis competit hoc interdictum: c contra quia colonus ut talis, custos domus, homo respectu liberi hominis, laicus respectu rerum spiritualium non sunt veri possessores, non gaudent hoc interdicto, cap. 7. de præfer. cit. l. 1. §. 22. Item prædiorum in certis casibus non restituuntur; ut si in continenti dejectiatur a domino, cum dejectio ista vim defensionis habeat; vel si est latro publicus, incendiarius, populator agrorum, quibus nemo debet parere l. 1. C. quando liceat: item prædiorum notorius, saltem de æquitate, non videtur restituendus contra dominum, cujus proprietates certa, & notoria est arg. l. 8. ff. de doli mali except. & c. fin. de restit. spoliat. in 6. de quo vide disputat. civil. meas disp. 18. contr. 8.

3. Re. ad 2. Interdictum unde vi competit tantum contra illum, qui vi possessorem deiecit sive physice per se, sive moraliter, mandando, dolose consulendo, ratum habendo l. 1. §. 12. 13. 14. ff. de vi arm. E contra hoc interdictum non datur contra ullum tertium, qui a spoliatore rem invalide accepit, c. 15. h. t. quia iste vi non deiecit possessorem. 2. Non datur contra eum, qui clam ingressus est possessionem vacuam, nisi revertenti domino vi resistat, & tunc constituit se in possessione l. 6. §. fin. ff. de aqu. poss. quo sensu forsan procedit l. fin. C. unde vi: nam si revertenti domino non resistat, sed statim possessionem cedat, frustra intentaretur hoc interdictum. 3. Non datur liberis contra parentes, & liberis contra patronos, sed actione in factum agendum erit l. 1. §. 43. de vi arm. ubi ratio datur, quia interdictum hoc atrocitatem facinoris in se habet, nisi patet, vel patronus vi armata usus fuisset, ibid. 4. Non datur contra dominum, si absque ejus jussu famuli, & officiales aliquem spoliaverint, cit. l. 1. §. 11. nam dominus non tenetur ex delicto famulorum. 5. Non datur contra heredes spoliatoris, sed actio in factum, si quid ad eos pervenit l. 26. ff. de dolo malo. At heredes spoliati convenire possunt spoliatorem hoc interdicto, cum heredes succedant in omne jus defuncti, l. 37. ff. de acq. heredit.

4. Q. II. An de jure Can. spoliatus habeat remedium contra verum mala fidei possessorem? Re. Affirmative ex conditione c. Sape constringit h. t. nam Conc. Lateranense sub Innoc. III. temperavit rigorem juris civilis, quo interdict. unde vi non procedit contra tertium; & deiecit, ut res spoliata ad quemcumque male fidei possessorem pervenisset, restitueretur spoliato: tum ne defectu probationum domini, proprietatem amittat: tum ne fovetur mala fides, & injustitia

titia tertii possessoris succedentis in vitium spoliatoris, eo, quod non multum interse quoad periculum anime iniuste detinere, ac invadere alienum, ibid. Atque id procedit etiam in casu, quo quis ab initio bona fide rem accepit, deinde autem venit in notitiam spoliationis. Habet item locum dispositio ista canonica in foro seculari, cum agat de removendo peccato, Abb. & alii com.

5. Q. III. An spoliatus contra tertium bona fidei possessorem de iure Can. habeat remedium restitutionis ex Can. redintegranda, 3. q. 1. Negant Bartol. Menoch. Zoes, Schmalz. & alii: affirmant Gloss. in cap. 18. h. t. Abb. Innoc. Riccio cum cit. quorum sententia praxi tribunalium firmata est: cum his R. Affirmative: nam cit. Canon. generaliter, & indistincte concedit hanc restitutionem, seu redintegrationem, contra quemcumque possessorem, ad quem res Episcopi spoliati pervenerunt. Idem die de aliis Clericis, & laicis spoliatis, quia eadem est ratio, ne quis cum alterius factura, etiam materiali, locupletetur: tum quia tertius possessor, dum spoliatus probat suam spoliationem, & antiquiorem possessionem, ex qua iniuste, & sine causa dejectus fuit, iam constituitur in mala fide: ergo obligatur ad restitutionem rei, ex qua prior possessor vi dejectus fuit. Dices. Vel cit. Canon. restrictus est per c. 18. h. t. vel cap. 18. cit. superfluit. R. Nullam esse hic necessitatem corrigendi iura; neque cap. 18. superfluit: cum enim Can. redintegranda negligenter a iudicibus, maxime laicis sequentibus ius civile, merito Concilium Later. decrevit restitutionem contra tertium male fidei possessorem: circa illam vero questionem: an spoliatus contra tertium bon. fid. possessorem sit restituendus: nihil decidit.

6. Q. IV. Circa bona Ecclesiastica mobilia ab haereticis, & infidelibus occupata, & a Christianis empta Bened. XIV. in Epist. ad R. P. Nicolaum Lercari Secretarium Cong. de Propaganda Fide, incip. Urbe Antibarum 19. Mart. 1752. declarat, hoc iura conscientia retineri posse, dummodo eorum animo ea restituenda, quousque impense pecunia solvitur a domino oblata fuerit; quemadmodum etiam responsum fuisse refert §. 9. a theologia d. Congr. & Consultoribus Universitatis Inquisitionis. Contrarium tamen esse tenendum demonstrat §. 22. de bonis immobilibus, qua secundum veteriorem, & anteriorem sententiam probat restituenda esse una cum omnibus fructibus absque ulla pretii solutione a spoliatis faciendam.

6. Q. IV. Quando, & quomodo restitutio spoliatorum fit faciendam: R. 1. Restitutio ex interdico unde vi petenda est intra unum annum utilem l. 1. pr. & §. 39. ff. de vi arm. post annum est actio in factum de eo, quod ad dejectum pervenit. At remedia canonica nullum determinatum tempus praescripsum habent. R. 2. Spoliatus, modo probet, quod possederit, & vi dejectus sit, ante omnia restituendus est quoad rem, fructus, & damna illata: ita instat reg. c. fin. de ord. cogn. cap. 11. h. t. l. 1. §. 31. ff. de vi arm. nec restitutionem istam retardat exceptio dominii, vel criminis cap. 1. 6. h. t. nec favos aetatis, quia, cum causa spoli specialiter sit privilegiata, spoliatus restitui debet, etiam adversus minorem, vel pupillum, licet hi regressum habeant contra curatorem, aut tutorem, l. 6. C. unde vi. A data regula multi excipiuntur casus, in quibus spoliatus ante omnia non restituitur, ut 1. Si spoliatus consentiat, ut prius de exceptione proprietatis cognoscatur, c. 1. h. t. 2. Si notoria, & certa est proprietas spoliantis, ut ante dictum. 3. Si ius commune resistat spoliato, & assistat spoliatori, quia tunc spoliatus non auditur, nisi doceat de titulo, c. fin. h. t. in 6. 4. Si ex restitutione imminet periculum animae c. 13. h. t. vel grave damnum corporis, aut scandalum; ut si mulier restituta esset viro crudeli &c. Vide Menoch. Sec.

7. Q. V. Quando in casu spoli admittantur exceptiones? R. 1. Spoliato agenti ad restitutionem regulariter nequit opponi exceptio proprietatis c. 1. h. t. vel criminis c. 6. eod. nisi ei annexa sit excommunicatio, vel incapacitas ad possidendam; uti Clericus per simoniam intrusus incapax est possidendi beneficium. Neque spoliati restituitur reconventione cap. fin. de ord. cogn. aut compensatione l. fin. §. fin. C. de compensat. vel appellatione l. un. C. si de moment.

poss. 2. Reus civiliter conventus opponere potest exceptionem spoli contra actorem, non vero contra tertium etiam male fidei possessorem, vel spoliatorem; at conventus criminaliter, si omnibus bonis, vel majori parte bonorum spoliatus est, excipere potest de spolio, a quocumque factum sit, ne nudus, & inermis cogatur contendere, c. 1. h. t. in 6. Quo casu causa criminalis, utpote difficilior, magis est privilegiata, quam civilis. 3. Agenti nomine alieno, ut Ecclesiae, minoris: &c. non potest opponi exceptio spoliationis, ut privatur: & e contra agenti in causa privata nequit opponi spoliatio rei Ecclesiasticae c. 1. in fin. h. t. in 6. alias exceptio ista non procederet contra actorem spoliatorem.

8. Q. VI. Quae specialia habeat restitutio in beneficiis? R. 1. Spoliatus laborans defectu notorio tituli, ut laicus, haereticus, inititutus a non habente potestatem, vel contra quem magna est praesumptio, quod sine, aut cum titulo vitioso intraverit beneficium, non restituitur; bene vero cessante tali praesumptione, c. 5. h. t. 2. Spoliatus, v. g. iure decimandi, eligendi, jurisdictionem exercendi, si ei ius assistat, restituitur; non vero si resistat, nisi prius doceat de titulo, c. fin. h. t. in 6. ubi Canonici collegiales in decimis non restituntur contra parochum. 3. Renuntians beneficio post spoliationem, prius restituitur, nisi renuntiatio facta sit sine vi, & metu coram Superiore; renuntians vero ante spoliationem non restituitur, modo confect de valore renuntiationis c. 2. 3. h. t. Kot. decil. 423. & DD. com.

9. Q. VII. Quae specialia habeat restitutio in matrimonialibus? R. 1. Si mulier propria auctoritate recessit, vel a viro expulsa est, si vir est facti potens, restituenda est viro, cum extra casum adulterii non sit licita separatio, cap. 13. h. t. 2. Si post matrimonium ratum eo tempore, quo deliberare potest de statu Religioso, mulier discessit, restituenda est viro quoad habitationem, & obsequia conjugalia arg. c. 14. h. t. a sens. contr. non vero plene, & quoad totum, c. 8. ic. h. t. nisi matrimonium antea sponte fuisset consummatum. Si autem mulier profecta sit Religionem, non restituitur, c. 14. de probat. quia post matrimonium ratum id iure potest. 3. Si mulier ob iustam causam discessit, ut ob crudelitatem, haeresein, vel aliam causam a marito datam, durante causa, non est restituenda; bene vero causa cessante, cum similes causae non inducant divorcium perpetuum. 4. Si mulier profluga opponat impedimentum dirimens, & maritus agat petitorio de valore matrimonii, non fit restitutio, cum vir eam non petat, sed prius cognoscatur de exceptione peremptoria impedimenti dirimens; c. 1. de ord. cogn. At si vir agat posesitorio, alteritamen est adhibendum: nam si impedimentum est notorium, vel si tantum certum est, & mulier subito paratas offerat probationes, non est restitutio faciendam cum periculo animae, sed cognoscendum de impedimento dirimente, ut matrimonium dissolvatur de facto. Si vero impedimentum est occultum, & mulier non habet paratas probationes, plena restitutio est faciendam quoad cohabitationem, & totum, cum praesumptio sit contra mulierem, quod malitiose opponat impedimentum dirimens c. 13. h. t. Quo tamen casu, si mulier certa est de impedimento dirimente, est illud probare non possit, non potest reddere debitum; cum hoc esset fornicari, est per sententiam excommunicationis ad id compelleretur cit. c. 13. h. t. & c. 44. de sen. excom. Si vero mulier tantum dubium habet de impedimento, reddere debet, ne maritus propter dubium uxoris privetur vitu certae possessionis: ipsa vero indebitum petere non potest, donec adhibita diligentia sufficienti, & veritate non competita, dubium deponat, certificando se de valore matrimonii; nisi mala fide contraxisset, maxime cum impedimento juris divini, & naturalis, quia mala fides impedit usum possessionis: ita com. DD. in cit. c. 13. h. t. 5. Mulier opponens exceptionem voti de perpetua continentia mutuo consensu emissa, restituenda est quo ad habitationem, & obsequia conjugalia, non vero quoad totum, cum votum illi tantum, non illis advenferit.

TITULUS XIV.

De Dolo, & Contumacia.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementinis, & Extrav. com. h. t. in Decreto 3. q. 9. & 4. q. 5. & 4. 2. 3. per tot. & 11. q. 3. Can. ceterum. In Trid. §. 21. c. 3. in fin. sess. 22. c. 3. v. crescente, sess. 23. c. 1. v. quodsi. sess. 24. c. 12. sess. 25. c. 3. de resor. in Pandectis lib. 2. tit. 3. cum seq. lib. 48. tit. 17. In Codice lib. 7. tit. 43. lib. 9. tit. 40.

1. Nota in hoc tit. non agi de dolo, prout miscetur contractibus, & aliis actibus humanis, sub quatione de illo agemus in lib. III. sed prout miscetur contumaciae in iudiciis; ita ut in dolo esse videatur, qui in iudicio renuit ea facere, quae ius, aut iudex fieri praecipit. Porto contumacia, a contemnendo dicta, est inobedientia commissa adversus iudicem legitime vocatum, vel quid fieri praecipientem. Estque duplex: Vera, dum quis personaliter tribus edictis, vel uno peremptorio citatus, venire recusat: si vero expressit sine causa, & impudenter dicat: non veniam, est contumacia vera notoria, seu evidens. Falsa, dum quis malitiose impedit, nead illum citatio perveniat: ad quam reducitur contumacia praesumpta, dum citatus edicto in publicis locis, vel in domo ejus affixo, venire renuit; tunc unim citatio ad eum pervenisse praesumitur.

2. Q. I. Quibus modis contumacia erga iudicem committitur? R. seq. 1. In non veniendo post legitimam citationem l. 55. §. 5. ff. de re iud. & l. 157. §. 1. ff. de R. J. 2. In non respondendo, vel obscure respondendo l. 11. §. 4. ff. de interrogat. 3. In non jurando ad mandatum iudicis l. 38. ff. de iurei. 4. In non restituendo, quod iudex restitui imperat; secus id manu militari auterendum l. 68. ff. de R. V. 5. In recedendo absque venia iudicis, in iuncto negotio c. 4. h. t. Quos modos Glossa in c. 2. h. t. his versiculis complectitur. Non veniens, non restituens, citisq; recedens, nil dicens, pignusque tenens, jurareque novens, obscureque loquens: isti sunt iure rebelles.

3. Q. II. Quando reus dicitur contumax, & que pene illius? R. 1. Tunc reus habetur pro contumaci, dum tribus edictis, vel uno peremptorio citatus, absque ulla iusta causa non comparens, per interlocutoriam declaratur contumax c. 6. h. t. nam contumacia ipso iure non incurritur, sed primum post sententiam iudicis. R. 2. Pena rei contumacis sunt variae. Negatur ei audientia, nisi prius refundat actori expensas, vel satisfieret fidei iussoribus, aut pignora c. fin. §. in aliis ut lit. non cont. 3. Fit immisio actoris in illius bona ex primo, & secundo decreto, cit. seq. 3. Vere contumax perdit beneficium appellationis l. 23. §. fin. ff. de appell. nisi stylus curiae aliquid habeat: si tamen impedimentum probaverit, & rei citationem, ter, vel semel peremptorie vocatus, actionem prosequi recusat, & uti contumax a iudice declaratur: ita com. ex c. 3. h. t. R. 2. Pena actoris contumacis est, quod intra annum veniens non audiat, nisi refusus reo expensis, Aut, qui semel. C. quomodo, & quando &c. contra illum procedi possit modo infra dicendo. R. 3. Contra actorem contumacem reus quatuor habet remedia praecipua. 1. Ut circumducatur edictum, seu decretum citatorium, hoc est, ut reus absolvatur a facta citatione, & libere restitatur a iudicio l. 73. §. 1. 2. ff. de iudic. 2. Ut reus absolvatur a tota instantia, quo casu omnia gesta in tali instantia annullantur l. 13. §. 2. C. de iudic. 3. Ut reus definitively absolvatur ab imperitione actoris, modo reus probet, vel ex probationibus actoris constet injustum esse ejus petitionem.

cit. aut. c. 3. h. t. 4. Ut reus petat pro se pronuntiare, quod non fit, nisi reus plene probet de iure suo, quod sit dominus rei arg. cap. 25. de rescript. nam non sequitur, v. g. fundus ille non est Caji actoris, ergo est Titii rei, nisi iste dominium probet, Reiff. a n. 92.

5. Q. IV. Quomodo iudex se gerat in casu contumaciae? R. Iudex regulariter non procedit contra contumacem, nisi ad instantiam alterius partis l. 68. ff. de iud. nam iudex non nisi requisitus officium suum imperiri debet, nisi procedat ex officio nobili, & ad multam pecuniariam propter inobedientiam contumacis l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voc.

6. R. 2. Iudex de equitate potest citatum non comparentem expectare in sequentem diem c. 24. de offi. del. ubi glossa v. gratiam fecerit, ait: ecce quanta potestas datur iudici circa iudicia, ut possit parcere contumaci in praedictum alterius. Idem rescribitur l. 1. C. quomodo, & quando. Ratio est: quia aequitas, quam iudex spectat, id plerumque suadet, ne pars absens illico condemnatur contumaciae: ponit enim intervenire iustum, & subitum impedimentum, ut citatus nec per se, nec per alium comparere poterit: non veniam, autem probato, cessat contumacia, & sententia revocatur. Excipit delegatum pro illo casu, quo in termino peremptorio expirat ejus iurisdicatio; tunc enim debet contra absentem procedere, ne alias tota instantia evanescat cit. c. 24. ibi: si autem expiret &c.

7. R. 3. Si actor ante litem contestatam tribus edictis, quorum cuilibet 30. dies assignantur, citatus non compareat, conceditur ei adhuc unus annus, intra quem si non compareat, tunc reo praesente, & instanti, iudex procedit in negotio principali, testes recipit, & secundum veritatem sententiam pronuntiat: ita de iure Can. c. 3. h. t. & c. 1. eod. in 6. Post litem autem contestatam non requiritur expectatio unius anni, sed si actor ad trinam citationem non compareat, statim iudex procedere potest in negotio principali, cit. aut. ubi semel. C. quomodo, & quando. Imo de iure Can. non attenditur tempus dilationum, maxime unius anni, sed actor post trinam citationem non comparentem, mox procedi potest in causa principali, cit. c. 3. h. t. Nec audiendus est hic Gonz. dicens processum illum semper fieri lite contestata, cum litis contestatio hoc ipso induci videatur, quod reus contradicat libello actoris: nam aliud est actionem esse editam libello, aliud litem esse contestatam, ut patet ex cit. aut. ubi dicitur, in causa procedi lite non contestata, licet actor libellum potexerit, & reus libello contradixerit.

8. R. 4. Si reus est contumax ante litem contestatam, non proceditur ad sententiam definitivam, sed actor interim mittitur in possessionem rei servandae causa cap. 9. hoc tit. quo casu partes rei sunt favorabiliores, quam actoris: tum quia contra actorem contumacem major est praesumptio injustitiae; tum quia reo, qui iniustus trahitur in iudicium, plus est indulgendum; ergo licet contra actorem contumacem, litem non contestata, procedi possit, non tamen contra reum. At si reus est contumax, post litem contestatam, & causa est liquida, ferret sententia definitiva, vel pro actore, si intentionem suam probavit, vel pro reo absente, cujus absentiam supplet Dei praesentia l. 13. §. 4. C. de iud. ibi: litigatoris absentia, Dei praesentia repleatur & l. 73. pr. ff. eod. quod semper observandum est, dum aremodicium, hoc est, desertio iudicis, ventilatur sive pro actore, sive pro reo cit. l. 13. §. 4. Contumax autem victor, semper in penam contumaciae condemnatur in expensis. Gail. & alii. Hoc adhuc speciale est in tali casu, quod sententia hoc modo in materia beneficii lata non transeat in rem iudicatam quoad superiorem, cui adhuc integrum est de partium iuribus inquirere, & cognoscere, maxime si sententia lata est contra absentem indefensum cap. 7. hoc tit. tum ut injustitia vitetur; tum ne beneficium Eccl. sine canonica institutione obstinetur contra reg. 1. in 6.

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei servanda.

Agitur de hac materia in Sexto b. r. & c. fin. s. fin. in l. r. non confest. In Pandectis l. 42. tit. 4. §. 1. 43. tit. 4. & spatum tit. ff. de damno infecto. In Codice lib. 7. tit. 72. Nov. 33. c. 4. l. 8. tit. 22.

1. Nota 1. presentem rubricam esse unam ex illis, sub quibus nigrum est generalis rubro, sicut in tit. de offic. deleg. ubi etiam agitur de iudicib. conservatorib. & tit. in de tutelis, ubi etiam in specie de testamentaria tutel. tit. in de oblig. ex delicto, ubi etiam de furto in specie &c. in etiam hic non tantum agitur de missione in possessionem ex primo decreto custodia causa, sed etiam ex secundo decreto, quo vera possessio in mistum transferatur, licet hodie rarissime sint huiusmodi missiones.

2. Nota 2. Missionem in possessionem bonorum rei decerni ex ea causa, ut reus a contumacia cesset, & tediis litiis missionis affectus compareat ad iudicium, ob quod etiam missio ista vocatur radialis; & fit vel ex primo decreto, seu prima iussione iudicis, qua actor mittitur in bona custodia causa; vel ex secundo decreto, quo actor ob perseverantem rei contumaciam verus efficitur bonorum possessor, sola quaestione proprietaria reo relicta c. 1. h. r.

3. Q. I. Quis iudex mittere possit actorem in possessionem bonorum rei? R. Solutus ille, cui competat imperium mixtum, adeoque non pedaneus l. 4. ff. de iuris. ibi. in possessionem mittere imperii magis est, quam jurisdictionis. Cui non obstat l. 4. §. 3. de damno inf. nam magistratus municipales non iure proprio, sed vice praesidis mitterant in possessionem. Porro, ut haec missio rite fiat, quatuor requiruntur: trina praevia citatio, vel una peremptoria, causa vera, cognitio litem summaria causa, & ut missio fiat ad instantiam actoris, prolata desuper interlocutoria.

4. Q. II. Quomodo fiat missio in actionibus realibus? R. 1. Lite non contestata, non proceditur ad realem receptionem, aut sententiam, sed interim actor ex primo decreto mittitur in possessionem bonorum rei, vi cuius decreti non efficitur verus possessor, sed tantum custos, & detentor bonorum, & fructuum, c. fin. s. fin. ut lit. non cont. cap. fin. h. tit. l. 3. §. fin. ff. de acq. poss. quae iura missio non attribuit possessionem veram, etiam revocabilem tantum, ut volunt Azo, Goffredus, Maranta, & alii, sed nudam custodiam rerum, seu tenentiam. Nec est paritas a pignore conventionali ad hoc praetorium, seu iudiciale, quia illud solum tribuit creditori jus reale, & conf. possessionem huius iuris: missio autem, seu pignus praetorium tribuit tantum custodiam, & detentionem. Ex quo solvitur, l. 40. ff. de acq. poss. l. 2. C. de Praetor. pignor. & alia iura, quae expendit Gonz. c. fin. ut lit. non contest.

5. R. 2. Si reus intra annum redeat, actori expensas solvat, & satisfationem idoneam de iudicio sibi praestet, recuperat omnia bona cum fructibus. At si intra annum non compareat, eo lapsa, missus efficitur verus possessor absque necessitate novi decreti secundi, licet hoc pro meliori impetrari possit, cit. c. fin. s. fin. ut lit. c. 11. §. verumtamen, de off. ord. ibi: post annum verus efficitur possessor: quia vero contumaciabentis salva est quaestio proprietatis, cit. c. fin. & c. 1. h. r. sequitur, quod actor non efficitur verus dominus, seu quitarius, sed tantum quasi dominus, seu benedictus: quo sensu procedit l. 15. §. 16. & 18. ff. de damno inf. & alia iura, quae expendit Gonz. loco cit.

6. R. 3. Si lis est contestata, non fit missio ex primo decreto in actione reali; sed si causa liquida est, ferunt sententia definitiva pro actore, vel reo absente, cuius absentia suppletur DEL praesentia: si vero causa pro neutra parte est liquida, praesumitur iniustitia rei contumacis, atque ita actor, quasi ex secundo decreto mittitur in possessionem bonorum rei, sola huic proprietate relicta, c. 4. de del. & contum. l. 8. C. quom. & quando.

7. Q. III. Quomodo fiat missio in actionibus personalibus? R. 1. Actor, etiam lite non contestata, ob contumaciam rei mittitur in possessionem bonorum eius ex primo decreto; non quidem absolute omnium, sed pro quantitate debiti, primum mobilium, & his non sufficientibus, etiam immobilium; nisi iudex alio modo uti velit, ut excommunicationis &c. tit. c. fin. s. fin. ut lite non contest. 2. Si reus intra annum non compareat, actor, ut verus possessor efficitur, opus habet secundo decreto iudicis c. 9. de dolo, & contum. l. 15. §. 16. ff. de damno infecto. In quo praesens decisio differt a precedenti, cum actio realis multo sit favorabilior actori, quam personalis.

8. Q. IV. Quomodo computetur tempus unius anni, quod procedere debet decretum secundum? R. 1. Regulariter annus iste computatur a die actualis missionis, cum ante illam reus non censetur redium pati, Abb. & alii. 2. At si reus restat actori volenti occupare bona, sic fisione iuris censetur missus in possessionem bonorum a die interpositi decreti primi, c. 9. de dolo, & contum. ne alioquin reus ex sua malitia commodum reportet. Ceterum iusta causa suadente, iudex terminum annum vel restringere potest in actione reali, vel prolongare in actione personalis, cum id totum videatur ejus arbitrio esse permittendum.

9. Q. V. In quibus causis non admittitur missio in bona rei? R. 1. In causis criminalibus, in quibus bona contumacis adnotari solent, l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de requirenda, vel absent. 2. In causis beneficiis quoad titulum, ne detur vitiosus ingressus in beneficia, c. an. h. r. in 6. nisi agatur de proprietate Ecclesiae, ibid. & c. 2. h. r. ubi moniales mittuntur in possessionem Ecclesiae, causa rei servanda. 3. In causis matrimonialibus, ne missio fiat in periculum animae, c. 3. & fin. s. porro ut lite non contest. 4. In illis causis civilibus, in quibus actor nihil petit, sed tantum vult ab aliquo liberari; ut si minor petat restitutionem adversus hereditatem aditam.

10. Q. VI. Qui sint effectus decreti primi, & secundum? R. ad 1. Actor ex primo decreto acquirit custodiam rei, & fructuum, uti & horum administrationem; consequitur in re pignus praetorium, sui iudiciale, vi cuius praefertur aliis creditoribus non hypothecariis, & ad exemplum possessoris habet interdictum ex l. 1. §. 1. ff. de vi, ut sit ei, qui in possessionem missus est. R. ad 2. Actor ex secundo decreto fit verus possessor cum conditione usufructuaria, quia licet sciantur alienam esse, tamen possidet eam iuste; gaudet interdicto unde vi, & si mavult sibi solvi, quam bona possidere, Praetor jubet bona vendi sub publica subasta-tione, l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. ibi: ejus bona possideri, vendique jubebo.

TITULUS XVI.

Ut lite pendente, nihil innovetur.

Agitur de hac materia in Sexto, & Clem. h. r. in Decreto 11. q. 1. Can. ult. & 16. q. 4. Can. volumus. In Pandectis, l. 44. tit. 6. In Codice l. 1. tit. 21. & maxime l. 3. tit. 37. Nov. 112. c. 1.

1. Nota liti pendenti non esse durationem controversiae definitivae, a qua ulterius non appellatur, vel transactio, aut alio modo, quo iudicium finiri solet.

2. Q. I. Quo alio inducatur liti pendenti? R. Oblatione libelli, & citatione reo intimata; ita de iure novo Clem. 2. h. r. ibi: licet pendere consensum, postquam a iudice competenti in ea citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit, vel per eum factum fuit, quo minus ad ejus notitiam perveniret: dominamen in citatione praedita talia sint expressa, per quae plene possit instrui, super quibus iudicium convenitur. Cui consonat Auth. litigiosa res C. de litigiosa. Atque ita corrigitur jus antiquum, quo liti pendenti inducebatur per liti contestationem, l. 1. ff. de litig. c. 30. in fin. de V. S. Porro quia citata Clementina generaliter loquitur, non distinguendo inter actionem realem, & personalem, sequitur liti pendenti per citationem induci non tantum in actione reali, ut vult Perez, sed etiam personali.

3. Q. II. Quis sit effectus liti pendente? R. Primum

matium esse, ut lite pendente, nihil innovetur putari in praedictum litigantem: ita instat reg. rubrica hoc tit. Unde 1. Lite pendente in actione reali, res evadit litigiosa, seu vitio litigii affecta, dum super domino litigatur: si vero agatur solo possessorio, non res ipsa, sed possessio fit litigiosa: in actione vero personali nec res, nec possessio, sed ipsa actio, seu instantia evadit litigiosa, ita ut actor nequeat illam alteri cedere, nisi cessis aliis obligationibus. 2. Res litigiosa alienari nequit, secus retrahenda, vel alia reaequivalens in locum ejus substituta, Can. fin. 11. q. 1. c. 3. 4. h. r. nam alienatio ista immutat statum rei, & praedictum alteri litiganti. Probabilis tamen alienatio litigiosa mero jure valet, licet rescindi possit per sententiam: tum quia c. 4. h. r. alienatio dicitur revocanda; tum quia per l. 3. ff. de litig. alienatio in favorem Religionis facta subsistit; tum quia, altera parte consentiente, & non excipiente, valet alienatio rei litigiosae, ergo. Nec obstat c. 4. h. r. t. ibi: irritum decernimus l. 2. 3. C. de litig. & similia iura: nam loquuntur de nullitate quoad effectum, quia alienatio rescindi potest. 3. Pendente lite, non potest impetrari rescisum in praedictum colligantibus, nisi in comento fiat liti pendente c. 1. & fin. h. r. Lite pendente, possessor non est privandus sua possessione, etiam in matrimonialibus, donec lis decidatur c. 1. 2. h. r. unde uti potest commodis sine possessionis, quia utendo, nihil innovat, sed jure veteri utitur. 5. Si lite pendente super electione, aut beneficio, unus litigantium moriatur, vel renunciet, non potest ad novam electionem, vel provisionem procedi, donec super jure superstitis cognoscatur; secus attentata electio, aut provisio est nulla c. 1. h. r. in 6. nam morte unius non cessat beneficium esse litigiosum, cum restet dubium, an superstes habeat jus ad illud? Imo si etiam deinde constaret, superstiti nullum jus competere, tamen electio antea facta est nulla, quia quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit l. 29. ff. de R. J. neque contra jus clarum procedit arg. a sensu contr. ex c. 10. de arbit.

4. Q. III. An detur casus excepti, quibus, lite pendente, aliquid innovari possit? R. affirmative. Et quidem 1. fieri potest missio in possessionem rei. preced. 2. Fieri potest sequestratio possessionis, & fructuum rei. seq. 3. Fieri potest alienatio rei litigiosae in casibus rebus in l. fin. C. de litig. uti ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, ex causa transactionis, vel dispositionis rerum hereditariam, nisi omnes istae res inter haereditatem, & eorum adinventarium essent litigiosae; ex causa necessaria, v.g. alimentorum, vel pro exolutione funeris; & ex gratia principis, consensu adversarii, vel quacumque causa arbitrio iudicis probata, tanquam iusta, ut si res alias esset peritura &c. Denique cum rei litigiosa disponi potest per ultimam voluntatem, sed tunc haeres, vel legatarius tenetur litem proseguere.

5. Q. IV. Quae sit pena contractus laborantis vitio litigiosi, ut si res litigiosa vendatur, donec &c.? R. 1. Si uterque contrahentium scivit rem esse litigiosam, contractus irritatur, & res vendita in priorem statum reduciatur, emens amittit pretium, & vendens tantumdem praestat, & utraque haec pena applicatur Fisco, l. fin. C. de litig. 2. Si solus venditor novit rem esse litigiosam, emptor suum pretium recuperat, & insuper tertiam partem assimilationis, quam venditor praestat, duae autem partes applicantur Fisco. ibid. 3. Si quis rem litigiosam donavit sacris, duplum praestat adversario applicandum. ibid. idque propter contumeliam in Deum, quem talis venditor tali religione colere attendit in praedictum adversarii: donatio tamen sacris facta subsistit.

TITULUS XVII.

De Sequestratione possessionum, & fructuum.

Agitur de hac materia in Clementinis h. r. in Decreto c. quoties 2. q. 7. in Codice lib. 4. tit. 4. de prohibita sequestratione pecuniae.

1. Nota, hic non agitur de sequestro lare accepto pro cura, seu curatela, sicut prodigis majoribus solet dari sequester, seu curator tit. ff. de curator. furios. Hic autem sequestrum, seu sequestratio est rei litigiosae, vel fructuum ejus apud tertium depositio, vel voluntaria P. Remigii a S. Erasmo, Pars I.

de consensu partium, vel necessaria ex mandato, & auctoritate iudicis. Illa tertia persona, apud quam actor, & reus rem litigiosam deponunt, vocatur sequestrer, a, um, vel sequestrer, sequestris in terra declaratione. Est autem sequestrum species depositi l. 17. ff. depositi: & differt a deposito specifice sumpto, quia sequestratio fit rei litigiosae, & a pluribus in solidum; e contra depositum fieri potest rei liquida, & ab uno ibid.

2. Q. I. An licita sit sequestratio? R. 1. Voluntaria, seu conventionalis est generaliter permessa l. 2. C. mandati cum volentibus nulla fiat injuria. R. 2. Necessaria, seu iudicialis regulariter est prohibita l. un. C. de prohibita sequestratione pecuniae: ubi nomine pecuniae venit omnis res, ut bene notant DD. nam lite pendente, possessor non est privandus commodis sua possessionis. Haec tamen regula multas patitur exceptiones, & casus, in quibus, aequitate suadente, iudex discernere potest sequestrationem; ut si periculum est, ne res, aut fructus rei dilapidentur, si timeatur, ne litigantes ad arma veniant, vel maritus rem dotalem dissipet, si jura partium sunt obscura, v. g. circa suppositionem patris, censum emphyteuticum, quem duo domini exigunt, circa beneficium, de cuius possessione duo litigant &c. Denique generaliter ex quacumque iusta causa potest iudex ad sequestrationem procedere, ut in debitis fiscalibus &c. ita haec omnia colliguntur ex c. 2. & fin. h. r. §. fin. ff. qui sacros. & alii iuris, Reiff. an. 18. Porro ut iudex ex officio nobili procedat ad sequestrationem, requiritur causa gravis, & publica arg. c. 1. h. r. ut vero procedat ex officio mercenario ad instantiam partis, requiritur summaria cognitio de jure petentis, & de causa, uti & juramentum, quod sequestratio malitiose non petatur, citatio partis adverte, nisi subsit periculum luge, & aliqua praesumptio contra reum, quod dilapidatis bonis, non possit creditoris satisficere.

3. Q. II. Quae res sequestrari possunt? R. Regulariter omnes litigiosae, & sub custodiam cadentes, sive sint mobiles, seu immobiles, corporales, vel incorporales, materiales, vel spirituales, imo etiam personalia sequestrari potest, ut c. 13. de sponsal. puella sequestratur obiciens exceptionem in eum in matrimonio contracto, & c. 14. de probat. obiciens professionem religiosam; & uxor prolixa ob laxitatem mariti sequestrari solet, & custodiri apud honestam feminam.

5. 2. Beneficium Ecclesiasticum sequestrari potest, servata forma Clem. un. h. r. scil. ut prius in curia apostolica lata sit sententia super ipso beneficio contra possessorem, qui necdum triennio pacifice illud possidet, & ex equitatis sequestrationis fiat per Ordinarium, & apud personam idoneam, cui administratio beneficium tuto committi possit: tum subjicitur poena excommunicationis ipso facto incurrende ab his, qui talem sequestrationem impedire, vel fructus sequestratos occupare praesumpserit &c.

5. 3. Cadaver non est sequestrandum, donec haeres debita defuncti solvat; ita com. contra Anglum, qui hanc sequestrationem admittit, saltem in debito garantigato, hoc est, paratam executionem habente ex forma statuti: nam inhumanum est negare cadaveribus defunctorum sepulturam, quam omnia jura concedunt, divinum Eccl. 7. ibi: mortuo non prohibeas gratiam, seu sepulchrum gratuitum: canonium cap. 28. qui divina 13. quest. 2. civile lib. 6. C. de sepulchr. viol. Nov. 60. c. 1.

6. Q. III. Quid juris circa sequestrum? R. 1. Sequestrer potest esse unus, vel plures, partibus non suspectis, qui fideles, & in administranda re sequestrata diligenter futuri existimantur. Imo ex communi sententia etiam iudex sequestrer eligi potest l. 11. §. 2. ff. de recept. arb. ibi: si res apud arbitrum deposita sunt, & l. 7. §. fin. ff. qui sacros. ibi: apud officium deponi debebit.

7. 2. Nemo invitus cogitur esse sequestrer, nisi consuetudo, vel iusta causa aliud suadeant, arg. l. 7. pr. ff. depositi ibi: cum possit non suscipere talem causam: nam nemo invitus tenetur contrahere; sequestrer autem obligatur ex contractu, vel quasi contractu, l. 9. §. 3. ff. de dolo malo.

8. 3. Possessio rei sequestratae non transferitur in sequestrum, sed pura custodia cap. 2. hoc tit. est sequestratio sit voluntaria, ut tenent Felin. Zoes. Reiff. cum cit. a n. 42. contra Abbatem, Bartol. Gaill. &c. tum

quia proprie in sequestrare est depositum l. 6. ff. de pof-
sio; tum quia in sequestratione voluntaria partibus li-
berum est deponere, vel custodie causa, & sic posses-
sio victori prodest ad usucapionem; vel amittenda pos-
sionis causa, & sic possessio partibus non prodest ad
usucapionem l. 29. ff. de acq. poss. Excipit, nisi litige-
tur de sola possessione, & hac sola deponatur apud se-
questrem; tunc enim sequestrer fit possessor, & pars utra-
que privat se incerta possessione, & conf. iure usuca-
piendi l. 17. §. un. ff. de pof. ubi Florentin. ait: rei
deposita proprietate apud deponentem manet, sed & pos-
sessio, nisi apud sequestrum deposita est.

9. 4. Sequestrer calli, vel dignitatis, cui annexum
est jus eligendi, vel presentandi, potest sequestratione
pendente, eligere, vel presentare, modo ex alio capi-
tulo non sit inhabilis ad hos actus: ita com. DD. con-
tra Thoban. & Selvam; nam per Clem. un. h. t. ad-
ministratio rei sequestrare pertinet ad sequestrum, eli-
gere autem, aut presentare est actus administrationis:
tum quia id exigit publica ecclesiarum utilitas, quis
diuturna vacatio nocet. Poterit tamen sequestrer
partes consulere, & quem utraque pars nominaverit,
presentare; in discordia vero eligat aptiorem ex no-
minatis.

10. Q. IV. Qui sint effectus sequestrationis? R.
segg. 1. Sequestrer obligatur rem sequestratam diligen-
ter administrare, & illam cum fructibus victori redde-
re, Clem. un. h. t. c. 2. de dol. & contum. Suae tamen
aguitas, ut si pars sequestrationem necessariam patiens,
aliunde non habeat, unde se alat, & expensas solvat,
necessaria ei ministrantur ex re litigiosa. 2. Ex
sequestro datur victori actio sequestraria depositi direc-
ta contra sequestrum, si quid damni intulit, & con-
traria datur sequestrari contra victorem, si quid in rem
sequestratam impedit l. 1. §. 24. ff. de pof. ne officium
suum sit ei damnatum.

11. Q. V. Quibus modis tollantur sequestrum? R.
segg. 1. Lite per sententiam plene finita. 2. Cautione
idonea. 3. Evento conditionis, sub qua sequestratio fa-
cta est: quo etiam spectat regressus rei intra annum,
si loco missionis ex primo decreto facta est sequestra-
tio c. 1. h. t. 4. Morte sequestris, quo casu res seque-
strata deponi solet apud eadem sacram lib. 5. in fin.
ff. de pof.

De Arrestatione,

Cum arrestatio a Gallico arrestus dicta multum af-
inis sit sequestrationi, paucis de illa hic agere ope-
retur. 1. Arrestatio est persona, vel rei detentio, obse-
curitatem creditoris facta, ne loco moveatur, donec
negotium, aut litis cum creditore componatur. Differt
a sequestratione: nam hec est contractus, vel quasi
contractus, sub genere depositi, ut rei litigiosa custo-
diatur: contra arrestatio est impedimentum, vel man-
uum injectio, ne res, aut persona loco moveatur. 2.
Arrestatio est duplex: publica, & privata: publica fit
auctoritate iudicis vel ex officio, vel ad instantiam patiens,
iusta causa cognita, ex qua constat, necessariam,
vel utilem esse arrestationem. Si autem ex post facto
constet injustam esse arrestationem, creditor tenebitur
arrestato ad omne damnum, & interdicte compensan-
dum, imo & injuriarum actione conveniri potest lib.
fin. ff. de reb. auct. jud. poss. l. pen. C. qui bon. ce-
der. Privata ex conventionem partium est permessa: at
si fiat sola voluntate creditoris, regulariter est prohi-
bita ex reg. generali, ne quis in propria causa jus si-
bi dicat, nisi periculum sit in mora; ut quia debitor
est suspectus de fuga: nam tunc arrestatio vim detenta-
tionis habet. 3. Violans arrestum, v. g. fugiendo, vel
bona arrestam amovendo, si subditus est, remitti de-
bet a iudice domicilio, & puniri vel multa pecuniaria,
vel auctori custodia: si vero subditus sit alteri princi-
pi, raro fit remissio, sed attenditur, ut profugus in
eadem provincia capi, & puniri possit. 4. Relaxatur
arrestatio per solutionem factam creditori, per cautionem
idoneam, cessionem bonorum, vel probationem,
quod non fuerit causa sufficiens arrestationis. Plura ex
Civilibus.

13. Absolutis pertinentibus ad modum, & formam
ordinandi iudicis, in seq. titulis devenitur ad terminum
probationum, & merita causae; & sic agitur de proba-

tionibus in genere, tum de probationibus in specie per
reles, instrumenta, praesumptiones, & jurandum.
His praemittitur ritulus de confessis, quia confessio pro-
pria, licet stricte non sit probatio, sed probationis re-
levatio, tamen probationibus accensetur, & saepe dicti-
tur in iure optima probatio.

TITULUS XVIII.

De Confessis.

Agitur de his in Sexto h. t. In Decreto Can. non
in quemque 2. q. 1. & 15. q. 3. 6. 8. per tot. In Pan-
dectis lib. 42. tit. 2. In Codice lib. 7. tit. 59. Cui.
ff. de interrogat.

1. Nota 1. Quod confessio in presenti fit quadam
contra se pronuntiatio, seu assertio eius, quod ad-
versarius intendit, Dividitur. 1. In iudicalem, quae
fit in iudicio vel ore, vel facti evidenter, vel ex pre-
sumptione; ut si reus contumaciter se absente, & ex-
tra iudicalem, quae fit extra iudicium. 2. In discre-
tam, seu determinatam, in qua exprimitur causa ob-
ligationis, ut debeo 100. ex mutuo; & indifferetam,
in qua generice exprimitur obligatio sine causa speci-
fica, ut debeo 100. 3. In simplicem, in qua nulla re-
strictio adiungitur, ut occidi Stichum; & qualifica-
tam, in qua per appositionem qualitatis, vel conditio-
nis restrictio additur, v. g. occidi Stichum, sed necessa-
rie defensionis causa. Hic tamen nota ex Bart. in l.
Aurelius ff. de liber. leg. non esse confessionem qualifi-
catam, si diversim capitulum adijciatur, v. g. accipi
100. mutuos, sed iam solvi: nam hoc alterum capitu-
lum vim habet exceptionis, quam reus probare tenet.
4. In expressam, seu veram, quae fit verbo, vel
alio signo aequivalenti; & tacitam, seu quasi confes-
sionem, quae ex aliquo facto elicitur, & a iure tinge-
tur intervenisse, ut si quis ex contumacia non respon-
deat, vel se absente, vel super delicto transigat, nu-
merando pecuniam acculatori, ut ab accusatione desistat,
talis enim habetur pro confessio, c. fida. l. in 6.
l. 53. §. 1. ff. de re iudic.

2. Nota 2. Conditiones, seu requisita valide confes-
sionis, praesertim iudicialis, esse decem, quae glossa
his versibus complectitur: major, sponte, sciens, contra
se, ubi ius sit & hostis, certum, libere, favore,
iure, nec natura repugnet: unde requiritur. 1. Ut fiat
a majorenni; minor autem cum auctoritate curatoris
constans, si testis est, rescriptum l. 6. §. pen. ff. h. t.
2. Ut fiat sponte, alias vi, & tormentis elicta, non
valet, nisi secunda, aut tertia die ad bancum juris rati-
ficetur, l. 1. ff. de q. 3. Ut fiat sciens, seu ab
homine sane mentis, & tuore, vel calore iracundiae,
aut probabili errore non impedito, l. quidam ad-
dote, 48. ff. de R. J. cap. fin. hoc rit. 4. Ut fiat
contra se, cum nulli in praedictum alterius contentum
credatur, res. 74. ff. 5. Ut fiat in iure, hoc est, in
iudicio, iudice pro tribunali sedente; nisi & coram ar-
bitro, cum arbitria ad formam iudiciorum redacta sint,
l. 1. ff. de recept. arbit. 6. Ut fiat coram hoste, seu
adversario, vel ejus procuratore presente, l. 6. §. 3.
ff. h. t. 7. Ut fiat super re certa quoad substantiam,
& quantitatem, l. 6. pr. ff. h. t. 8. Ut fiat super re
litigiosa, l. 13. ff. de interrogat. 9. Ut favor confes-
sionis non repugnet; uti favor libertatis, matrimonii;
quia si probari potest contrarium, non valet confessio
contra libertatem, aut valorem matrimonii, c. 5. de
eo, qui cognov. 10. Ut confessio nec jus, nec natura
repugnet. Sic rejicitur confessio Christiani conten-
tens, se cum iudea matrimonium contraxisse, vel occi-
dite Cajum, qui adhuc vivit; priori enim rescriptum
jus Can. & posteriori natura.

3. Q. I. An reus legitime, & servato juris ordine,
a iudice interrogari teneatur fateri veritatem? Quo-
estio hac locum habet in criminalibus, in quibus dis-
cretis est plena probatio: raro in civilibus, in quibus
ad complendam probationem defertur iuramentum
necessarium, seu supplementum. Tunc autem censetur
iudex interrogare legitime, seu ut iudex, dum contra
reum adest semiplena probatio, vel diffamatio cum in-
dicis semiplena probationi aequivalentibus: ita com.
DD. ex c. 17. 19. 21. de accus.

R. 1. Reus in criminalibus, etiam majoribus, legitime
a ju-

a iudice interrogatus, tenetur in conscientia fateri ver-
tatem: ita Covar. Navar. Sanch. & communis senten-
tia cum S. D. 2. q. 69. ar. 1. contra Lessium, de
Lugo, Reiff. & quosdam Recen. docentes, reum posse
amphibologia uti in causis gravissimis, in quibus ti-
metur sententia mortis, perpetui carceris, confiscatio-
nis omnium bonorum; licet Lugo dicat sententiam nos-
tram esse probabilissimam. Prob. 1. Reus ex precepto
4. Decalogi tenetur parere iusto precepto superioris,
non tantum propter iram, sed etiam propter conscien-
tiam. Rom. 13. sed iudex legitime, & servato juris or-
dine, interrogans imponit reo iustum preceptum de
veritate dicenda; unde enim est injustum? nisi forsitan
dicat iudicem nunquam habere jus reum interrogandi de
veritate, quod aperte falsum est, iuri, & praxi tribu-
nalia contrarium, ergo. 2. Iudex, posita semiplena
probatione, habet jus questum ad decernendam tortu-
ram, tanquam medium elicendi veritatis; ergo a forti-
ori ad finem confessionis, cum medium detur pro-
pter finem; & reus ideo teneatur ad subeundam tortu-
ram, quia obligatus est ad dicendam veritatem: tum
quia ex opposita sententia sequitur, quod multa deli-
cta in deliramentum reipubl. impunita manere debent;
in quod iudex iugiter agant interrogando, torquen-
do, deterrendo iuramentum super eo, quod reus non
teneatur fateri.

Dices: preceptum humanum non obligat cum gra-
vi periculo, praesertim mortis; ergo nec preceptum iu-
dicis ita obligat. R. Si quis sponte sua peccando,
consciat se in periculum vite, vel tale periculum sit
intrinsicum precepto Superioris, jam preceptum est ob-
ligatorium, non attento periculo mortis. Sic reus ex
precepto iudicis tenetur fulminare torturam, quae for-
san ipsa morte est crudelior, miles sub periculo capi-
tis sepius tenetur iusta ducis facere. Cum vero opo-
sita sententia, cuius censuram Layman relinquit aliis,
ut probabilis defendatur, servare poterit confessio in
illo casu, quo reus capitis damnamus induci non potest
ad veritatem dicendam; alioquin ex communi senten-
tia, si reus in criminalibus minoribus legitime in-
terrogatus nolit dicere veritatem, non est absolvendus,
utpote indolitus, quamdiu retinet pravam voluntatem
negandi veritatem. At si iudex legitime non in-
terroget, vel dubium est de legitimitate interrogatio-
nis, quia v. g. indicia, quae contra reum afferuntur,
non videntur sufficientia ad semiplenam probationem,
reus non teneatur fateri veritatem, sed citra falsitatem,
aut mendaciam, aut restrictionem mentalem ab In-
noc. XI. numer. 26. damnatam, prudenter potest am-
phibologia uti: tum quia iudex non interrogat, ser-
vato juris ordine; tum quia in dubio favendum est po-
tius reo, quam acculatori, ut iudici. Idem dicendum
in casu, quo reus de uno crimine convictus, vel confes-
sus, interrogatur de altero non connexo, de quo
nulla infamia, aut indicia praecesserunt. Vide S. D.
2. q. 69. ar. 2.

4. R. 2. Si iudex ex falsa praesumptione delicti,
vel debitu reum interroget, si negare potest propositio-
nem, utpote falsam in sensu iudicis hie, & nunc prin-
cipaliter intento, licet ceteroquin propositio materiali-
ter sit vera, v. g. non occidisti Stichum, & tamen
stricto ense, sanguine infecto, exivit ex tali loco,
interrogatus a iudice, an hoc modo exiveris: respon-
dendo: non exivi, non mentiris; quia iudex interro-
gat de exitu, ut est indicium manifestativum homici-
dii patris, quo modo utique non exivisti: ita Navar.
Covar. Sanch. & alii ex Can. humane aures. 22. q.
5. & c. 6. de P. S. intelligencia distorum ex causis
est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei
est sermo subsiectus. Sed intentio iudicis est, ut interro-
gatus confiteatur propositionem, non utique materia-
liter spectatam, sed formaliter, quatenus est manifesta-
tiva delicti, aut debiti; ergo si delictum, vel debitum
in reo non praecessit, vernegarat talis propositio. Ne-
que hic est restrictio mentalis: sed loquutio sensibilibus ex
causis, & circumstantiis interrogantis. Vide Cardea.
diss. 19. c. 4. a n. 36.

5. Q. II. An reus regulariter interrogari, vel con-
fiteri possit de sociis criminis? R. Negative ex Can.
fin. 15. q. 3. ubi Julius Papa, nemini, inquit, prae-
terquam in crimine lesa maiestatis, de se confesso crediti
potest super crimen alienum, & c. 1. h. t. ibi: ooc&c.
P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

c. 10. de testib. l. 16. ff. de q. ibi: is, qui de secon-
fessus est, in capite aliorum non torquetur, & l. fin.
C. de accus. nam crimen de se in iudicio confessus sit
infamis, adeoque repellendus a testimonio: tum quia
periculum est, ne maligni homines ex odio, vel alia
prava passione innocentibus calumnias intuant, & fal-
sa crimina impingant. Excipit crimina gravissima, & sal-
va excepta, maxime in futurum pendencia, ut crimen ha-
ereticis, perduellionis, lesae maiestatis, veneticis, false
monete, assassini, simoniae, quibus hodie additur fur-
tum. Item si delictum ex natura sua a pluribus fieri
petit, ut adulterium; vel si socii de tali delicto diffa-
mati, aut iudicati sunt. Quibus concurrentibus, ma-
xime si crimen sit exceptum, vel focus diffamatus,
iudex procedere potest ad inquisitionem specialem, dum-
modo reus inimicitias non habuerit contra eos, de qui-
bus confitetur, & confessionem suam tortura confir-
met, & iuramento more tertium. Secus confessio rei
de aliis non diffamatis non sufficit ad inquisitionem
specialem, sed tantum generalem.

6. Q. III. Qui sint effectus confessionis iudicialis
simplicis? R. segg. 1. Plena, & maxima probatio, quae
sanat omnem defectum processus iudicarij, tollit prae-
sumptionem juris, & de iure: imo, quod speciale est,
rem iudicantem in favorem rei infamat, & revocat,
l. 1. ff. & l. un. C. h. t. quia nulla melior, & ve-
rior est probatio, quam propositi oris confessio. 2. In-
ducit notorium juris, & ideo pracludit viam appella-
tionis, c. 13. 14. de appell. l. 2. C. quor. appell. non
recip. nisi reus ex causa confessionem revocasset. 3. Vim
habet rei iudicatae cit. l. 1. & 6. in fin. & l. un. C.
h. t. An vero confessio per omnia aequalis sit rei iudi-
catae, ita ut non requiratur sententia iudicis, dubium
est ex cit. iuris ortum; ad quod cum distinctione.
R. 1. Reus in criminalibus de se confessus crimen,
non habetur pro iudicato, nisi constet de corpore deli-
cti, & ex aliis probationibus, atque indicis sententia
definitiva feratur contra reum c. 2. h. t. & l. 5. ff. de
custod. & exhib. reor. nam periculum est, ne reus ex
tredio vite, & desperatione, vel timore tormentorum,
falsum crimen de se confiteatur. 2. Reus in civilibus
post licitam contestatam confitens debitum, per senten-
tiam condemnandus est, c. 10. de transact. l. 3. 5. ff.
h. t. nam iudicium operum sententia terminari debet.
At si confiteatur debitum ante licitam contestatam, non
opus est sententia definitiva, sed simpliciter precepto iu-
dicis, ut reus solvat l. 20. ff. de iudic. nam in hoc
casu iudicium non est coeptum, ac proinde confessio
hie saltem habetur plene pro iudicato, cit. l. 1. ff. h.
t. His non obstat l. 25. ff. ad L. aquil. ibi: nulla
partes sunt iudicanda inconscientes: nam licet postli-
tem contestatam nulle sint partes quoad excipiendas
probationes causae, opus tamen est definitiva sententia,
qua iudicium terminetur per l. 74. ff. de iudic.

8. Q. IV. An confessio qualificata praedictae con-
fessionis? R. Cum distinctione: si praesumptio juris non
adversatur contenti, vel qualitati adjecte, non prae-
iudicat contenti, v. g. fateor, quod 100. promissum,
sed cum conditione, si navis ex India feliciter adve-
nerit: unde talis confessio, vel tota respuenda, vel to-
ta recipienda est; & tunc actori incumbit onus pro-
bandi eventum conditionis, aut qualitatis; nam qua-
lificate confitens, magis videtur negare, quam affirma-
re. 2. At si jus adversetur qualitati, vel praesumptio
est contra contentum, acceptatur confessio quoad sub-
stantiam, rejecta qualitate, quam reus probare debet,
v. g. occidi Stichum, sed necessarie defensionis cau-
sa: ita in criminalibus statuit l. 1. C. ad L. Cor. de
Stear. & in civilibus l. 25. §. fin. ff. de probat. & c.
6. de instum. ubi praesumptio fiat pro concessionem rea-
li instituti in beneficiis contra Archiepiscopum con-
fitemem, concessionem fuisse tantum personalem, Reiff.
a n. 123.

9. Q. V. Quantum probet confessio extrajudicialis?
R. Cum distinctione. 1. Si facta est praesente
adversario, vel ejus procuratore cum expressione cau-
sae, v. g. mutui, & legitime per testes duos, vel per
confessionem rei probatur, plene probat in civilibus,
c. 10. de probat. l. 13. C. de non nu. pecuni. ubi ratio
datur: nimis enim indignum esse iudicamus, quod sua
quisque voce dilucide proferatur est, id in eandem cau-
sam infirmare, testimonioque proprio resistere. 2. At si
con-